



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.**

[Liber I-VI]

**Baronio, Cesare**

**Romæ, 1636**

Annales Ecclesiastici Caesaris Baronii S.R.E. Card. A Lvdovico Avrelino Perusino. In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est. Liber IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65044)



ANNALIS  
ECCLESIASTICI  
CAESARIS  
BARONII  
S. R. E. CARD.

ALVDOVICO AVRELIO  
*Perusino.*

In totidem libellos breuissimè redacti  
in quot magna volumina opus  
ab Authore digestum est.

LIBER IV.

*Respondens quarto Authoris Tomo.*

Chri.  
Ann.  
361.  
*Amm*  
l. 20.  
*Zosim*  
l. 3.  
*Ma-*  
*mert.*  
*in Pa-*  
*neg.*



ERTII à Christo  
nato seculi annum  
prosequimur LXI.  
quo Claudius Iu-  
lianus, cognomé-  
to Apostata Im-  
perium, Constan-  
tio adhuc super-  
stite, studio militum  
tyrannicè partum, Eo extincto, secu-  
rus obtinuit. Is igitur apud Daciam,  
vbi constiterat, exoptato accæpto  
nuncio, per Thraciam Byzantium  
accessit tertio Iduum Decembrium

*Iulia-*  
*nus By*  
*zantiy.*

Q 6 om.



omnium, ex more, plausu, vt Ciuis, exceptus. exuerat iam palam Christianam Religionem, quam, Constantij metu, diutius simulauerat; itaque liberas iam Romani Imperij habenas nactus, nihil prius habuit, quam vt collapsum Constantini, ac Filiorum æuo Idolorum cultum restitueret. aperta igitur, eo iubente, Deorum Tempia, euersæ dudum Aræ excitatæ. antiquo festi dies ritu celebrari iterum coepti. sacrum Baptismum, quo fuerat initiatus, Victimarum sanguine solemniter absterfit. tum creari se Pontificem Maximum, ac Eleusiorum Sacrorum Antistitem voluit. Pontificis porro, creandi ritum deridendum elegantissimè iambico carmine Prudentius describit. fuit autem eiusmodi Sacerdotij Candidatus scrobem infulatus subibat, ea rimosis tabulis, ac multifariam terebratis tegebatur, adductus dein Taurus auratis cornibus, fronteque atque harmis, floreis fertis vittisque ornatus, super scrobis tegumento iugulabatur; sepultus tum Pontifex sanguineum imbrem desluentem toto corpore, ore in primis, ac lingua excipiebat. egesto verò sanguine, Tauro collapso, indeque amoto, resecta scrobe, nouus Pontifex bene madidus, & cruentatus prodibat, cui effusa Mystarum, ac Populi turba salutem, ac fausta omnia

*Deorū  
cultū  
restituit.  
Baptismum  
abster-  
git.  
Pont.  
Max.  
creatur.*

*Peti  
steph.  
in Ro.  
hymn.  
10.*



omnia precabatur. en Romani Imperij maiestate dignam consecrationem. Naz- addit Nazianzenus cum summi illius Orat. Sacerdotij ministerio Iulianus funderetur, inflatas buccas; igni ad Sacrificia excitando, ambitiose adstantibus mulierculis ostentasse, cum interim Christiana Sacra petulantius irrideret. in Eos deinde versus, qui, Constantio Principe, Aulæ fuerant potentes, erecto Chalcedone metuendo Tribunali, plerosque omnes, qua exilio, quâ morte multavit; ex his nonnullis viuentibus igni traditis; vlciscente Numine, Tyranno carnifice adhibito, illorum, in Catholicos præsertim Episcopos, patrata scelera. illud quoque ad conciliandos subditorum animos, valuit plurimum, cum innumeram Proscriptorum multitudinem, quæ ex Catholicis præcipuè constabat, decreto restituit. Christianos iniuria affici, aut contumelia vetuit. nec ad profana sacra cogi permisit. si qui verò sponte id facere voluissent, ab His, malorum depulsores Deos, vt se ipsos purgarent, adiri prius voluit, quodque mirificè illum commendauit, sequestrem se pacis, & conciliatorem inter dissidentes Christianos Antistites gessit.

His, ipso Principatus exordio, ad illius securitatem, stabilitis, vires deindè omnes, atque consilia ad Christiana-

Iuliani sanctia.

Laudabiliter ab eo gesta.

Soz. l. 5. c. 5.

Amn l. 22.

stia-



stianum nomen delédum, vertit, quod non tam vi, quam arte præstitit, vt postmodum dicturi sumus.

*Iulia-* Nouo interim appetéte anno quem Chri-  
*nos do-* admodum Mamertinum Oratorem, Ann.  
*ctos Vi-* Consulem dixit, & Cæsarium Nazian- 262.  
*ros ac-* zeni Fratrem insignem Philosophum *Amm.*  
*eerfit.* Thesauro præfecit, ita alios, qui abe- l. 22.  
 rant, doctrinæ laude insignes Viros *Ma-*  
 accersit; inter quos Magnus quo- *merit.*  
 que Basilius fuit; ad quem extant Iu- *in Pa-*  
 liani literæ, qui tamen accedere ad *neg.*  
 eum contempsit. ex His qui accesser- *Naz.*  
 re, quosdam ad insignes honorû gra- *Orati.*  
 dus euexit, alios prandio, cænaue di-  
 gnatos, probè elusos, dimisit. quod  
 autem ad Cæsarium spectat, acceptis  
 à Fratre literis, quibus, vt ab Aula re-  
 cederet hortabatur, non sine Princi-  
 pis indignatione recessit. qua animi *Socr. l.*  
 fortitudine caruit Ecebolius Christia- *3. c. 11*  
 nus Rector, qui ad Iuliani illecebras  
 Fidem abnegauit, magnoque apud  
 eum in honore, cum alijs in posterum  
 Transfugis, fuit. extat Iuliani ad Illum  
 epistola, qua factiosos apud Edessam  
 Arrianos spoliasse se testatur opibus,  
 quibus luxuriabant, quò *facilius*, vt  
 ait, *caeleste Regnum assequi possent.*  
 Verùm non tantum laudis ex erudito-  
 rum hominum consuetudine adeptus  
 est, quantum dedecoris ex Lenonum,  
 Exoletorum, ac Meretricum, quibus  
 stipatoribus incedebat, commercio

*Iulia-*  
*ni pro-*  
*brum.*

con-



*Orat. aduer. Gent. Amm. l. 22.* contraxit. testis eius probri locuples esse potest Chrysoſtomus Vir sanctiſſimus, qui vidisse se ea testatur cum Antiochiæ Puer cum esset, & cum de his scriberet, ad viuentes testes pro-uocat. sed neque Ammianus Ethni-cus Author ea omninò dissimulauit: quamquam obeundis sacris, ea vsum licentia scribit. quo quidem in mu- nere, in quo multus erat, cum aliquan- do versaretur, portentum huiusmodi accidisse Nazianzenus testatur; vt Vi- ctimæ exta coronatam Crucem ede- rent; quæ quidem species Sacrificu- los, qui aderant, perterrefecit, sum- maque eos sollicitudine affecit futu- ram iterum potentiam nostram omi- nantes, ac pertimescentes; at, inquit Gregorius, *impietatis Magistrum, ita non terruit, vt animos potius addide- rit, cum ex Crucis circulo conclusos nos undique interpretaretur.* hoc idè *l. 5. c. 2* Sozomenus, ac Nicephorus testantur. *l. 10.* illud quoque eleganti, ex more, car- mine à Prudentio narratur. cum alia *in A-* perageret Sacra, & Christianus a des- *poth. in* let Puer haudquaquam cognitus, ter- *Iudaos* ritum Sacerdotem exclamasse, Sa- crum se obire Ministerium non posse, idque non nisi ex Cruce alicuius, ex His, qui aderant, fronti impressa, contingere. fatente id intrepidè ex Ephœbis vno, relicto, quasi non ritè instituto, Sacro, discessum est.

*Osten- tum in Sacro obeun- do.*

Post



*Iulianus* Post hæc Iulianus arte sibi agen-  
*ni ar-* dum in Christianos ratus, ex His, quos  
*tes.* perditos voluit, aut alicuius antea  
 criminis infimulatos, supplicio affecit,  
 aut, di' simularis seditionibus, furenti  
 Populo obiecit. multos blanditijs  
 aut allexit Ipse, aut allici à Magistra-  
 ribus, siue amicis curavit. illud nefari-  
 o planè instinctu excogitavit, ne-  
 quis Christianus Grammaticam Pue-  
 ros doceret, aliasue liberales artes,  
 ac disciplinas traderet; quo haud du-  
 biè effecturum se speravit, ut Hi, cum  
 literis, bonisque artibus, impietatem  
 simul haurirent.

Iam quod ad rem militarem spe-  
 ctat, Labarum, quod præcipuum to-  
 tius exercitus Vexillum erat, à Con-  
 stantino, ex viso Crucis ostento, di-  
 uinitus efformatum, immutavit. mili-  
 tes, cum donatium acciperent, thus  
 antea iussit adolere; renuentes, igno-  
 minia notatos relegavit. in His fuere *Theod*  
 Iouianus, Valentinianus, ac Valens, *l. 3. c. 5*  
 qui post Eum imperarunt, quamquam *Soz. l.*  
 Iouianum haud quaquam militiæ gra- *6. c. 6.*  
 du deiectum par est credere, cum *Socr. l.*  
 constet bello Eum Persico, cum Ty- *4. c. 1.*  
 ranius periit, interfuisse. At de Va-  
 lentiniano illud traditur, Fortunæ  
 Templum ingressurum ante Iulianum  
 ab Adituo lustrali respersum aqua,  
 Adituum pugnis cæcidisse, vel, quod  
 alij scribunt, ad persam vestem ab-  
 sci-



Soz. l. scidisse. illud quoque tum accidit me- *Episco*  
 5. c. 4. moratu dignum. Maris Chalcedonen- *pus in*  
 sis Episcopus immolâtem Fortunæ Iu- *Julia-*  
 lianum cum reperisset, Fidei illum de- *nū in-*  
 fertorem appellatum alijs quoque *uehi-*  
 contumelijs affecit, cum Ei vicissim *tur.*  
 Iulianus cæcitatem exprobraret (præ  
 ætate etenim oculorum suffusione  
 laborabat ( *at ego, inquit, hac ipsa de*  
*causa Deo meo gratias ago, quod te,*  
*qui à pietate turpiter excideris, aspi-*  
*cere nequaquam possim.* his minimè  
 commotum Iulianum, aspernanti si-  
 milem, præterijisse ferunt, hac tum  
 quidem moderatione ad captandam  
 gloriam est usus. cæterum præcipitem  
 illum, ut plurimum, fuisse Nazianzenus  
 tradit, nosque servata temporum ra-  
 tione pluribus ostendemus.

*Naz.*  
*orat. 1.*  
*Gr. 2. in*  
*Iul.*

Appetente interim quadragesimali  
 Ieiunio inuento non illi absimili, quod  
 olim, Diocletiano Principe, excogita-  
 tum diximus, Iulianus edixit cibaria *Vana-*  
 omnis generis ita demū venalia expo- *les cibi*  
 ni, si antea Idolis fuissent oblata; hoc *Idolis*  
 per hebdomadam factitatū, qua elap- *antea*  
 sa, cum cognouisset Christianos inte- *oblati.*  
 rim cocto frumento pro obsonio usos  
 conatu irrito edictum reuocavit.

*Suid.*  
*verb.*  
*μ. ιδ. nov.*  
 Urbis à se auctæ Simulacrum Con-  
 stantinus sculpi iusserat, bonoque ve-  
 luti omine, Crucem capiti addiderat,  
 eam Iulianus detrahi, terraque obrui  
 imperavit. Urbem quoque ipsam Pa-  
 trui



trui odio, veteri nomine maluit appellare.

Porro decem ferè mensibus Byzantij moratus, Antiochiam profecturus, Chalcedonem appulit, vbi Persarum Regis Legatos nactus, quòd Christianos illos esse comperisset (nam ad Sacrum peragendum inuitati adesse renuerant) quasi auitæ Persarum Religionis vindex, contra ius Gentium, supplicio affecit. Hos inter martyres recensitos, annua memoria Ecclesia recolit. hinc Cæsaream accessit principem Cappadociæ Urbem, cuius Ciuium, quod Christiani plerique omnes essent, & veteris superstitionis Tempula inibi diruissent, magnoperè infensus, multiplici Eos incommodo, ac contumelia affecit. Urbem namque ipsam Regio nomine, sacras Ædes pecunia, ac supellectile spoliauit. Ciuium trescentas auri libras, ac Templorum, quæ diruerant, restitutionem imperauit. Clericos militiae adscribi iussit. alias quoque Cappadociæ Vrbes, earumque sacras Ædes expilaturus, Præfectum cum sagittarijs misit; Is Nazianzum cum accessisset, ab eius Ecclesiæ Episcopo Gregorio seniore Magni Gregorij Parente inhibitus, re infecta, abscessit.

*Legatos Persarum Iulianus violat.*

*Cæsarienses multiplicat.*

*Gregorius senior Nazianzi Episcopus.*

*Niceph. l. 10. c. 11.*

*Metaphr. 17. l. 11.*

*Soz. l. 5. c. 4. Naz. Orat. 1.*

*in-*



Marty incenderant, supplicio affecit, in his  
rol. 9. præcipuus genere, ac fama Euphy-  
Apr. chius fuit, cuius martyrij celebritas  
quinto Idus Aprilis in sacris Tabulis  
habetur.

At Iulianus, Syriam petiturus, Tar-  
sum accessit. Cæsareæ interim ingen-  
tes turbæ excitatæ sunt nouo Episco-  
po consecrando, cum alij Basilium, *Basi-*  
ep. 79. Eusebium alij eligendum putarent. *lius ac*  
Greg. Eusebij factio potior cum fuisset, Ba- *Nazi-*  
ep. 6. filius opportunam nactus occasionem, *anze-*  
Ep. seq. in Ponticas solitudines recessit, san- *nus so-*  
ctiori vitæ generi operam daturus. *litudi-*  
Eum sequutus Gregorius Nazianze- *nē pe-*  
nus, vt antea Athenis in literarum stu- *tunt.*  
dijs socium, sic nunc Monasticæ di-  
sciplinæ Institutorem habuit.

Ancyra porro apud Galatiam mar-  
tyrio affecti sunt Melasippus, Anto- *Varia*  
nius, & Carina, de quibus in Græco *Marty*  
rum Menologio, pariter, ac Romano *rū cer-*  
l. 5. c. Martyrologio natalis dies habetur; *tami-*  
10. Basilius tamen antè eos passus Ancy- *na.*  
Laus. ranus Presbiter præ alijs celebratur  
c. 31. à Sozomeno, quemadmodum à Pal-  
Amm ladio Phyloromus, qui tamen certa-  
l. 22. mini superstes fuit.

Naz. Iulianus Ancyra Pessinuntem petit:  
in lu. Matris Deum Sacra, ac Sacerdotes  
lian. restituit. horum contemptores duos  
Socr. l. ibi Adolescentes nactus, quorum nec  
5. c. 13 vi, nec arte expugnare valuit constan-  
Soz. l. tiam, admirari coactus est.

5. c. 10

Apud



Apud Merirè quoque eiusdem Pro- *Martyr*  
 uinciæ Urbem Almachius Præfectus *vol. 11.*  
 Delubrum sordibus purgatum aperiri, *Sept.*  
 Sacraque, ex veteri more, in eo peragi  
 iusserat. tum Macedonius, Theodo-  
 lus, ac Tatianus, pietatis zelo incensi,  
 noctu Templum ingressi, Simulacra  
 inibi omnia confringunt. facinoris Au-  
 thore incomperato, multi ex Ciuibus  
 custodiæ mandantur, ac quæstionibus  
 subijciuntur; Authores tum exagitari  
 pro se alios nequaquam passi, vltro se  
 deferunt. iussi itaque eorundem cultu  
 Numinum facinus abolere, cum renuis-  
 sent, multiplici antea cruciati vexati,  
 ferreis demum craticulis, igne suppo-  
 sito, mira constantia, extinguuntur.

Haud absimili ex causa, Æmilianus *Hier. t.*  
 Dorostoli Thraciæ Vrbe; Hadriano- *chron.*  
 poli Philippus Episcopus, Seuerus *Theod.*  
 Presbyter, Eusebius, atque Hermes, *l. 3. c. 6.*  
 incendio cremantur.

*Iulianus ab Antiochenis deridetur.* Iulianus interim Antiochiam per- *Amm.*  
 uenit hyematurus apud eam, & ad *l. 22.*  
 bellum Persicum necessaria omnia *Naz.*  
 paraturus. porro cum aspectu, inces- *orat. t.*  
 suque, ac moribus Philosophum ridi- *in l. 14.*  
 culè ageret, diçterijs, atque conui-  
 cijs à Populo laceffitus, dissimulatio-  
 ne sibi agendum ratus, verbis & Ipse  
 agere satis habuit; itaque quòd præ-

*Iuliani oratio de barba.* cipuè à promissa, atque hircina bar-  
 ba irrideretur, de ea orationem con-  
 scripsit, ex qua multa hic *Anthor re-*  
*citat,*



citatur, quae ad rerum tum gestarum cognitionem spectant.

Arthemium exinde accessit militibus in Aegypto copijs Praefectum. Is Constantium ab ipso Imperij exordio sequutus, per omnes militiae gradus euectus fuerat. à Constantio quoque Filio praecipuis ornatus Praefecturis. verum quod non tantum militia, sed christiana in primis Religione conspicuus esset, hoc nomine à Iuliano in suspicionem vocatus, cum praesertim abdicatae Eum Religionis liberius argueret, varijs in ipsum confictis criminibus capite multatus est XIII. Kal. Nouembris inter insignes Ecclesiae Martyres recensitus.

Arthemij  
martyrium.

Erat apud Antiochiam nemus in suburbio amoenissimum, Daphnen appellabant, Apollinis Templo, quo oracula edebantur, celeberrimum; Constantinus Magnus, quod alibi monuimus, vt superstitionem paulatim aboleret, locum à suo nomine nuncupauerat. dein translata in lumbre. cum Babilae Martyris ossa, vocalem anteà Apollinem, mutum reddiderant. silentij causam, ignotam hactenus, Iulianus ex ipso Idolo multis Victimis, ac placaminibus propitiato, cum exquireret, ex Eo demum huiusmodi responsum tulit; multa in loco essent, edendis vaticinijs ab Idolo impedimento esse. Iulianus, Martyris ca-

Daphne  
Antiochia  
Suburbium.  
celebre.  
Daphne  
necus  
obmutus  
rescit.  
Silentij  
lo edi-

dauer ta.

Chryf.  
Orat.  
contra  
Gent.



Babila  
Martyris  
ossa.

dauer Dæmoni curæ esse haud dubiè  
ratus, illud amoueri iussit. quod Prin-  
cipis iussu sublatum, à Christianis so-  
lemni ritu, ac pompa in Urbem ita  
relatum est, vt comitatum multitudo  
illud ex Regij Vatis Psalmo occinere  
non dubitauerit; *confundantur omnes,  
qui adorant sculptilia, & qui glorian-  
tur in simulacris suis.* hac de re cer-  
tior Iulianus factus, suam id contu-  
meliam interpretatus, multos com-  
prehendi iussit, ex quibus vnus Theo-  
dorus Adolescens, diris quæstionibus  
admotus palàm docuit, quàm malè  
hac ratione suæ superstitioni Tyran-  
nus consuleret, proindè, ne in poste-  
rum turpius erubesceret, vinctos ea  
de causa reliquos, dimitti iussit. hæc  
se ab eodem postea Theodoro co-  
gnouisse, Ruffinus tradit, quæ à So-  
crate quoque, ac alijs referuntur. Quæ-  
rit Chrysostomus, cur Iulianus Marty-  
ris ossa Christianis permiserit, & non  
potius igni tradiderit, aut alia ratione  
distraxerit: & non alia id ex causa fa-  
ctum putat, nisi quòd diuinam Martyris  
virtutem æquè, ac Dæmon formidaret: *Theob.*  
insuper Iulianum Auunculum, ac Fœ-  
licem ærario Præfectum, qui contempte  
Religionis poenas nuper dederant, an-  
te oculos haberet. *horum exitium, post Ann.*  
quam hic Author recensuit, aliorum *l. 23.*  
quoque Christiana Religionis deserto-  
rum interitus miserandos refert.

Cæ-

Cont  
Gent  
Theo  
l. 3. c.  
14.  
l. 20  
Corin  
10.  
Marti  
Rom.



Cæterum vix Babilæ corpus An-  
tiochiam relatum est, cum Apollinis  
Templum cœlesti, vt creditum, igne  
conflagrauit. Iulianus sanè ex Ædi-  
tuo (quem antea percarum habuerat)  
quæstione acerrimè exagitato, nihil  
aliud expressit. ea res Ethnicorum  
mentes, eorumque Restitutoris Iulia-  
ni magnoperè perturbauit; itaque Li-  
banius Sophista, qui Antiochiæ tum  
erat, ea super re Threnos, ac lugu-  
brem noeniam decantauit, cuius fra-  
gmenta aliquot ex Chrysoſtomo, qui  
Libanio tum Præceptore Adolescentu-  
lus utebatur, Author hic recitat.

Iam quod Byzantijs incassum nuper  
excogitatum à Tyranno diximus, An-  
tiochiæ iterum vsurpatur, vt vanales  
cibi, non nisi lustrali adpersi aqua,  
profano ritu, exponerentur; fontes  
quoque publici profanis victimis pol-  
luti; & hi quidem, quod Chrysoſto-  
mus tradit, diuino miraculo exsiccati  
sunt. esculenta porrò (licet his lau-  
dabiliter Byzantijs Ciues abstinerint)  
Antiochenos coëmere, hisque vti  
absque noxa potuisse, ex Apostolo  
Theodorerus docet.

Erat tum in Iuliani castris miles eme-  
ritus Eufignius ætatis annum decimū  
agens supra centesimum. Is Constan-  
tini Fidem, ac pietatem commendans,  
impietatem Iuliano eprobans ma-  
iestatis reus factus, quasi Iuuentutem  
in

*Eufi-  
gnius  
miles,  
aliq-  
que  
Mar-  
tyres.*

Cont.  
Gent.  
Theod.  
1.3.c.  
14.  
1. ad.  
Corint.  
10.  
Mart.  
Rom.



in Principem concitaret, securi percussus est, addito ioco, ut capitis delirio laborans, capite plecteretur.

Eadem ex causa Iuuentinus, & Maximus & ipsi Christiani milites neci sunt traditi, Hos Chrysostronus inter Martyres coli iam solitos eleganti postea ad Populum oratione laudauit.

*Publia matrona facinus.*  
Cæterum non ad Viros tantum, sed ad Mulieres etiam laus ista pertinuit. nam Publia insignis Matrona, quæ, vidua dudum cum esset, sacrarum Virginum Cœnobio præerat, eas Psalmorum cantui assuetas, tum maximè diuinæ rei insistere iussit, cum illac Tyrannus incederet, eosque potissimum Psalmos occinere, quibus Idola, ac illorum cultores sacer Cytaredus incessit. hoc cum semel eo transeunte præstarent, tacere iussæ, vocem clarius ediderunt. vocata itaque eius iussu est Publia, acriterque increpita, ac colaphis cæsa, seuerioribus additis minis, his tamen nequaquam territa, dimissa est. Hanc Chrysostroni quidam fuisse Matrem affirmant, sed *re perpensa, contrarium Author hic statuit.*

Porro non tantum à Foemina Tyrannus contemptus, sed à Mimo quoque insigniter delusus est, qui Baptisimo (quod olim in Genesio usu venisse diximus) per iocum iniciari se simulans, seriò exinde Christum sequutus est,

*Orat.  
in SS.  
Mart.  
Iuu. &  
Max.*

*Hi  
in  
S.  
lar  
Soz  
5.  
Tb  
l.3  
Ni  
ph.  
c.1  
Ra  
2.6*

*Ad an.  
Christi  
303.*



est, summaque constantia in sententia perstans, Iuliano bilem ita mouit, vt, Philosophum oblitus, in Eum illic animaduerti iusserit. Is ex Mimo martyr annuo honore colitur XVII. Kal. Octobris.

Exindè Iulianus, siuè quod Antiochensibus esset infensior, siuè alia ex causa, Tarsum, Ciliciæ Urbem, concessit; haud diù tamen ibi moratus, Antiochiam reuertitur, vbi Illum iterum Persarum Legati conueniunt, postulantes, vt bellum palam indiceret, denunciaretque: ad quos Ille, actutum se adfuturum respondit, proindè alia belli indictione opus non esse.

*Hier.* Gazæ interim, atque Ascalone *Pa-*  
*in vit.* læstinæ Urbibus, coorta Gentilium fe-  
*S. Hi-* ditione, Christiani passim, quasi hostes  
*lar.* publici mactati, aut fuga disiecti, in  
*Soz. l.* quibus Hilarion Ægypti solitudines  
*5. c. 9.* tum petere coactus est. eodem quo-  
*Theod* que tempore apud Sebasten eiusdem  
*l. 3. c. 6* Prouinciæ Urbem Ioannis Præcurso-  
*Nice-* ris, ac Prophetæ Elisei ossa igni a fu-  
*ph. l. 1.* renti Populo sunt tradita; his similia,  
*c. 11.* cum Patrum nostrorum memoria,  
*Ruff. l.* Gallicis præsertim seditionibus, vsu  
*2. c. 18* venerint, videant Nouatores quænam  
referant tempora, quorum facinora  
imitentur. neque hic stetit furor. ea-  
dem, quasi ex composito, Heliopoli,  
atque Emesæ, eadem Aretusiæ, Ty-  
ranno coniuente, & tantum non

*In sua-  
ta saui-  
tia ge-  
nera.*

R lau-



laudante, & diriora adhuc patrata  
sunt scelera. foeda res dictu. Sacratae  
Deo Virgines nudae in Foris relictæ,  
rum dissectæ, atque ordeo, alioue  
Suam pabulo fartæ, hisce animanti-  
bus vorandæ expositæ. Clerici, atque  
adeò sacri Antistites omni sæviriæ ge-  
nere affecti, eò vsquè, vt eorum præ-  
cordia mandere nõ exhorruerint. Mar-  
cum Episcopum Arethusij diù per Vr-  
bem raptatum, suspensum, deiectum,  
mucronibus exceptum, denique toto  
corpore laniatum, discerptumque  
melle illitum in sublimi statuunt Apum  
aculeis, muscarumque molestia confi-  
ciendum.

*Christi  
statua  
à Iu-  
liano  
detur-  
bata.* At illud memorabile. cum certior  
Iulianus factus esset, Cæsareæ Philippi  
præclaram esse Christi statuam, quam  
Mulier illa dedicauerat, quæ sanguinis  
fluxu laborans sanitati ab Eo fuerat re-  
stituta, deturbari iussit, suamque inibi  
collocari. hæc haud ita multò post ful-  
mine icta, semiambusta dempto capi-  
te ad multos postmodum annos man-  
sit ostentui Populis fidelibus æque,  
ac infidelibus. illud nequaquam est  
prætereundum, quod ex Eusebio tra-  
dit Sozomenus ad Christi statuam il-  
lam, ignoti generis herbam enasci so-  
litam, que omnis generis morbis, san-  
guinis præsertim fluxui, mederetur.  
*Herba  
medi-  
ca ad  
Christi  
statuam* Sed iam quæ apud Ægyptum hoc  
eodem tempore acciderint prosequa-  
mur.

Soz. l.  
5. e. 20

In  
Pat  
c. 7

At  
l. 2  
Ep  
be  
70  
So  
3.  
So  
5.



In vit. mur. tradit Euagrius. cum ex Vicis  
Patr. quibusdam promiscui sexus complu-  
6.7. res Orgia celebraturi conuenissent, *Insi-*  
ac lymphati Idolum circumducerent, *gne mi*  
Apollonium Coenobiarcham, cuius *raculū*  
Coenobium haud longè aberat, fufis  
ad Deum precibus cum Idolo profa-  
nam turbam immobilem reddidisse.  
cum diutius Solis radijs torrefacti per-  
stitissent, subijt quosdam cogitatio  
Apollonium adeundi, opemque ab  
Eo implorandi; Is suppliciter exora-  
tus ad eos cum venisset, eoque veluti  
stupore omnes soluisset, ad Christia-  
nam Fidem haud ægrè perduxit; Ido-  
lo igitur igni tradito, multi, Apollo-  
nium sequuti, inter Monachos cenferi  
voluerunt, reliqui ad suos, quique  
Vicos reuertuntur.

At Alexandria Georgius, qui Con- *Geor-*  
*Amm* stantio Principe, apud quem gratia, *gij Ale*  
*l. 22.* pollebat plurimum, Tyrannum potius, *xãdri*  
*Epiph.* quam Episcopum egerat, arrogantia, *ni Epi*  
*har.* sæuitia, ac turpi quæstu inuidia vulgò, *scopi*  
70. atque odio laborans, coorta Ciuium *ca des.*  
*Socr. l.* seditione, cum alijs tyrannidis Admi-  
3. c. 2. nistris, mactatus est. Certior de his fa-  
*Sozo l.* ctus Iulianus, qui Episcopos omnes  
5. c. 7. eundem vitæ exitum sortiri cuperet,  
indignationem maximã aduersus Ale-  
xandrinos simulauit, libenter tamen  
placari se sinens, satis habuit literas ad  
eos dare, quæ à Socrate recitantur, in  
quibus non tam seditiosorum Ciuium



facinus, quam Georgij ipsius crimina infectatur. extant duæ aliæ Iuliani epistolæ, quibus mandat Ecdicio, ac Porphyrio, omnem ut curam adhibeant in perquirendis Georgij libris, ijs quidem, ut ait, qui Galilæorum doctrinam continerent, ut abolerentur, alijs verò, quos omnis generis con-gesserat, ne cum illis perirent.

Post sublatum, ut diximus, Geor-  
gium; Athanasius è latebris emergens  
Alexandriam venit, exceptusque est  
magna cum gloria, ac totius Populi  
gratulatione. porrò cum multi ad  
eum inuisendum Episcopi conuenis-  
sent, ab His Concilium Alexandriæ  
celebratum est; in quo decretum est,  
Episcopos, qui ex inscitia, aut vi illa-  
ra ad Arrianos transissent, resipiscen-  
tes, non ad catholicam communio-  
nem tantum, sed ad pristinam quoque  
dignitatem recipiendos. de Spiritu  
Sancto quoque aduersus Macedoniũ,  
ac de Christi anima, in recentem  
Apollinaris hæresim, catholica dog-  
mata firmata. his de rebus certior ab  
Athanasio factus est Liberius, cuius  
authoritate illud ipsum Concilium  
celebratum fuisse ex ipsius Athanasij  
litteris, cuius tantum extat fragmen-  
tum, colligi videtur, & sanè Eusebius  
Vercellensis Episcopus, & Lucifer  
Calaritanus tanquam Apostolici Le-  
gati interfuisse videntur. porrò Syno-  
di

Conci-  
lium  
Alexã  
dria.

*Naz.*

*orat.*

*de la-*

*ud. A-*

*thaa.*

*Hier.*

*aduor-*

*sus Lib-*

*cif.*



di huius decreta confirmata à Liberio  
 fuisse ex eiusdem Athanasij epistola  
 ad Ruffinianum colligitur, quæ cum  
 inter ipsius Athanasij opera non lega-  
 tur, ex Nicæno Concilio secundo pe-  
 tenda est. quod verò à Lucifero Pau-  
 linus Antiochiæ Episcopus consecra-  
 tus esset, qua in Vrbe non Euzoius  
 modò Arrianus. sed etiam Meletius  
 Catholicus Episcopus, sed quem ali-  
 qui non probarent, erant; diuisis ea  
 ex re etiam Catholicis, Eusebius Ver-  
 cellensis, qui, tanquam Romanæ Se-  
 dis Legatus, Orientis Ecclesias inui-  
 sebat, vehementer animo est pertur-  
 batus. hinc noua diffidia, & Luciferi  
 secessio, ac Schisma. quamquam ex  
 eo potius Luciferi indignationem or-  
 tum habuisse quidam putant, quod  
 austerioris vitæ, ac disciplinæ cum  
 Concilij Alexandrini decretum  
 de restituendis lapsis Episcopis, non  
 probaret. cæterum Antiochenæ Ec-  
 clesiæ Schisma, ad annum vsque salu-  
 tis CCCCVIII. perdurasse constat.  
 Porrò quod ad Luciferum spectat, Hæ-  
 reticum illum non fuisse, sed secessio-  
 nem illam citra crimen fecisse, præter  
 alios Patres Hieronymus Ipse testatur,  
 qui illius disciplinæ Alumnos non tam  
 sectam, quam nomen, obstinatius re-  
 tentes, veluti errantes oues ad gre-  
 gem reliquum reducere conatus est.

Antio-  
 chia  
 Episco-  
 pi si-  
 mul  
 plures.

Lucife-  
 ri Epi-  
 scopi  
 schis-  
 ma.

Hier.  
 aduer-  
 sus Lu-  
 cif.

At Eusebius Vercellensis Episco-  
 pus,

Socr. l.  
 3. c. 7.  
 Theod  
 l. 3. c. 5  
 Soz. l.  
 5. c. 12

Ruff. l.  
 1. c. 30



pus, ex nobilissima Legatione redux optatum nuncium Italiæ Episcopis, Ariminensibus dolis, ut ait Hieronymus, irretitis, cum afferret, maxima Ecclesiam vniuersam perturbatione exemit. idem paulò ante præstiterat Hilarius in Gallijs, qui ante ipsum Alexandrinum Concilium author fuerat, atque suator æquissimæ huius Ecclesiasticæ Sanctionis de Episcopis lapsis, ac poenitentibus (licet non sine defectu) restituendis.

Iam qui Semiarriani dicebantur Macedonio tamen iuncti erant, Concilium, & ipsi, Seleuciæ cogunt, quo Arrianos, qui & Acaciani, seu Eudoxiani dicebantur damnant, iactantque se, cum mediam inter Hos, atque Catholicos sententiam tenerent, ipsam veritatis semitam inuenisse.

At enim qui Alexandriae erant Arriani, Athanasij reditum, ac prosperum rerum statum, cum ægrè concoquerent, collato cum Ethnicis studio, atque opera, quòd præsertim Is Martonas nonnullas ad Christum traduxisset, Iulianum orant, obtestanturque, uti Athanasium publicæ quietis perturbatorem Alexandriae diutius esse non sinat. annuit Tyrannus, datisque extremo hoc anno ad Alexandrinos literis, Edictum à se promulgatum de restitutione Episcoporum, qui Constantij iussu exulabant, ita est interpretatus,

*Athanasius  
accusatur.*

*Soz. l. 5. c. 13*

*Socr. l. 3. c. 8.  
Soz. l. 5. c. 14  
Ruff. l. 1. c. 33  
Theod. l. 3. c. 8*



tatus, vt Patriam illis non Episcopalem Sedē restituere cogitauerit, quod cum iniussus fecisset Athanasius, meritō Patriam quoque amittere debere. alijs porrō ad Ecdiciū Præfectum datis literis, odij causam nequaquam dissimulauit, testatus Ægypto illum extorrem ideo velle, quod Deorum hostis esset, suoque in Regno illustres Græcorum Foeminas impellere ad Baptismum ausus esset. *utramque epistoliam ex Authore hic pete.* coactus itaque Athanasius solum vertere concessens nauigio aduerso Nilo in Thebaidem iter dirigit. præmissis tum nuncio certior ab amicis factus secretioribus Tyranni mandatis se ad necem quæri, nec longè percussores abesse, proram verti iussit, atque Alexandriam iter dirigi. haud ita multo post insequentibus, qui alia omnia arbitrarentur, obuiam factus, His ipsis quærentibus quantū abesset Athanasius, parum abesse respondit. Alexandriam itaque iterum delatus ad Tyranni obitum ibi latuit spe certa amicis facta Tyrannum haud diū superstitem futurum.

¶ Hæc dum apud Orientem peraguntur qui Occidentales Prouincias regerant, pari licentia in Christianos grassabantur. ditiores quosque facultatibus exuebant, eam prætexentes causam, quasi ex Templorum spolijs eas conguessissent, quod si neque huic

R 3 calum.

*Athanasij  
sagax  
consilium.*

*Res  
apud  
Occidentem  
gesta.*



calumniæ locus esset, ea semper causa presto erat, quam ne Rescriptis quidem inferere Tyrannus erubuit, Christianos ex Euangelij præscripto diuitijs affluere nequaquam debere. his eisdem ex causis rapax Fiscus in Gallicani Viri Consulæ Patrimonium, qui Constantini Gener fuerat, de quo alibi meminimus, auidas iniecit manus, ex Tyranni Rescripto, Eo ex Italiæ finibus abire iusso. tum verò illud memoria dignum accidisse fertur, ut qui eius prædijs fiscales titulos affixuri accesserant, aut percussi lepra, aut à Dæmone correpti, re infecta, abscedere coacti sint. Gallicanus però Alexandriam profectus à Rauciano Comite Martyrij palmam adeptus est. ad hæc Ioannes, & Paulus in Constantini olim Aula educati, atque honoribus aucti, à Terentiano Prætorianis Præfecto, quod Ioui sacra facere renuissent, intra domesticos parietes, tumultus vitandi causa, capite plexi sunt, verum Dæmones, qui præter ceteros ipsius Præfecti Filium corripuerant, Ioannem, ac Paulum Terentiani gladio necatos euulgarunt. Terentianus tùm, admoto ad Martyrum sepulturam Filio, eoque à Dæmone vindicato, non Christianus modò factus est, sed ipsorum quoque Martyrum certamen conscripsit.

Haud absimili ratione Gordianum  
Eccle.

*Galli-  
cani,  
ac Ioã  
nis, &  
Pauli  
marty  
rium.*

*Teren-  
tianus  
& Gor-  
dianus*

*Marty  
rol. 26  
Iunij.*



Ecclesia lucrata est, qui ad Fidelium necem à Tyranno delectus, Christi Fidem amplexus, martyrium quoque adeptus est, cuius certamen, aliorum, que complurium non Roma tantum, sed etiam in Gallijs, ac alibi apud Authorem hic require.

Optat.

Hoc eodem tempore Legati ex

l. 2.

Africa à Donatistis Iulianum conue-

Aug.

nere, patriam, à qua exulabant, ac

cont.

Basilicas, quas amiserant, restitui sibi

lit.

suppliciter postulantes. Iulianus, cui

Pet. l.

in optatis erat Christianos inter se

2. c. 97

committere, annuit illis perlibenter,

Ep. ep.

& voti sanè compos factus est. Apo-

166.

statae namque muniti Rescripto fa-

ad Do-

ctiosi Donatistæ maximas ubique tur-

nat.

bas apud Africam excitarunt. quæ

tum facinora ab His edita, quæ scele-

ra patrata, cognoscere si libet, ex

Optato require.

Donatistarum turba.

Naz.

At Iulianus haudquaquam satis ha-

orat. I

buit Christianos per cõtemptum Ga-

Chrysf.

llæos appellare, sed lege quoque lata

cont.

ab omnibus eodem appellari nomine

Gent.

imperavit. quam verò hæc ineptè,

Nazianzenus, ac Chrysofostomus ele-

ganter differunt.

Socr. l.

Christianis insuper ad bellum Persi-

3. c. 11

cum tributum imperavit, à quo ta-

Amm.

men, qui Christiani esse desissent, im-

l. 25.

munes forent. hic, quod sub huius

anni initium Author tradiderat; rur-

sus de nefaria Iuliani lege, ab ipsis

R 5 quo-

vij  
26  
ij.



quoque Eθνicis Scripτοribus improbata Amm.  
asserit, qua Christianos Homines à l. 25.  
docendi munere inhibuit, Pueros quo-  
que Christianos Gracorum disciplinis Naz.  
imbui. initum quoque ab eo confi- orat. 1  
lium est multa Christianorum exem- Sox. l.  
plo instituendi, quò suæ religionis 5. c. 10  
cultores, ad meliorem frugem reuo-  
catos, Christianis ipsis, si Deo pla-  
cet, potiores redderet.

*Terran* Extremo de muni hoc anno, in- Amm.  
*motus.* gruente iterum terræmotu, quæ su- l. 21.  
perfuerant Nicomediæ ædificia, col-  
lapsa sunt, quo & Nicæa grauiter  
concussa est.

Sequentis quoque initium prodi- Chri.  
gijs compluribus proximum Tyranni Ann.  
exitum demonstrasse visum est. libri 363.  
insuper Sybillini Romæ inspecti, à Amm.  
Persico illum bello reuocabant, qui- l. 23.  
bus, & si haud leuiter perturbatus,  
quod tamen mente fixū hærebat Chri-  
stianæ Religionis odiū maximas quo-  
que inter curas aluit. itaque illud Ei in  
mentē venit, vt in eam Iudæos, æquè  
alioquin inuisos, vt cumque armaret.  
data itaque facultas illis est, Hieroso-  
lymis Templum iterum extruēdi, sum- Jul.  
ptibus ex regio quoque Fisco attribu- ep. 25.  
tis, iisdemque à vectigalium solutione  
liberatis. quo verò pacto ab incepto  
desistere coacti sint, non Christiani  
modò Scriptores, sed Ipse quoque  
Ammianus testatur, cuius hæc sunt l. 23.  
verba



verba postquam Alipio opus deman-  
 datum dixerat. *Cum itaque (inquit) Mira-*  
*idem fortiter instaret Alipius, unaret- culo in-*  
*que Provincia Rector, metuendi globi hibita-*  
*flammaram propè fundamenta crebris*  
*assultibus erumpentes, fecere locum,*  
*exustis aliquoties operantibus, inac-*  
*cessum; hocque modo elemento destina-*  
*tius repellente, cessavit inceptum.* ignem  
 porrò non semel erupisse, sed pluries,  
 fabrilia verò instrumenta ad opus om-  
 nia absumpsisse, terræ quoque motum,  
 ventumque, ac turbinem vehemen-  
 temquæ iam erecta erant fundamen-  
 ta, materiã insuper futuro operi com-  
 portatam disiecisse Naziãzenus, Chry-  
 lostomus, alijque eius ætatis Autho-  
 res tradunt. cœptum opus fuerat tan-  
 to animorum ardore, vt concursu ma-  
 ximo Hierosolymam Iudæorum factò,  
 Viri pariter, ac Mulieres, deficientibus  
 ad conuehendam, auehendamque ma-  
 teriam cistis, alijsque huiusmodi instru-  
 mentis, siuu eam, ac vestibus, etiam  
 magni precij importarent. Eædem  
 porrò Foeminæ, quod Dauidis etiam  
 tempore vsu venerat, ad operis sum-  
 ptum, muliebrem mundum certatim  
 impenderant. rem omnium ore testa-  
 tam eius sæculi Authores omnes pro-  
 didere, quos rem fusius prosequentes  
 require. hac de re Danielis vaticinium  
 D. Hieronymus interpretatur, *cumque*  
*corruerint, sublenabuntur auxilio par-*

Ann.  
25.  
Naz.  
rat. 1  
oz. 1.  
c. 10  
mm.  
21.  
ari.  
11.  
3.  
mm.  
3.  
17.  
Soer. 1.  
3. c. 17  
Soz. 1.  
5. c. ult  
Hier. i  
Dan.  
6. 11.





*uulo, & applicabuntur eis plurimi  
fraudulenter.*

*Iulia-* Addunt alij Iulianum ira incensum, *Orosi.*  
*ni im-* fortasse, quod magicis Christiano- *7.c. 30*  
*mane* rum artibus accepta hæc referret, aut  
*confi-* in vulgus iactaret, ex congesta quæ  
*lium,* superfuit, materie, sumptuque colla-  
to, Persico bello confecto, Theatrum  
extruere cogitasse, quo Christianos  
Antistites, cæterosque Sacrorum Mi-  
nistros, ac Monachos, bestijs lanian-  
dos traderet.

Appetente iam Vere, Iustratoque *Zosim.*  
exercitu, in quo LXV. armatorum *l. 3.*

millia habuisse dicitur, consultisque  
Oraculis iam fausta omnia pollicenti-  
bus, Maximo quoque Philosopho  
Amicorum intimo, qui eum ad perfidi-  
am pertraxerat, ad exitium impel-  
lente, eò dementiæ venit, vt, ex Pitha-

*Iulia-*  
*ni de-*  
*mētia.*

goræ figmentis, Alexandri Magni  
commigrasse in se animam existima-  
ret; proindè, victoriæ spe certa elatus,  
Gentium plurimarum auxilia reiecit, *Ambr.*

præfatus, ex Romani Imperij maiesta- *l. 23.*  
te non esse alienis viribus niti, cuius

*Arme-*  
*nia*

mos sit alijs potius subsidio esse. Ar-  
menia tantum Regem Arsacem mo-

*Rex*

nuerat, cum copijs præsto esset, sua-

*Chri-*

que iussa expectaret. licet autem datae

*stianus*

ad eum literæ non extent, ex Sozo-

meno tamen exploratum habemus, *Soz. l.*

mira eas iactantia, Hostisque contem- *6.c. 14*

ptu redundasse, insuper minacibus in

Ipsum-



Ipsum Arfacem verbis, & quod Christianum Eum esse sciret. in ipsum, quoque Christum, refertas fuisse.

Zosim

l. 3.

Amm.

l. 23.

Igitur Antiochia discedens, avarissimum Vrbi, ac Prouinciæ Præsidentem volens reliquit. ex itinere insomnes Comen agebat noctes commentarijs scribendis, & hi quidem non rerum tantum à se gestarum, ex Iulij Cæsaris æmulatione, fuere; verum etiam in Christianam Religionem, quos Cyrillus postea Alexandrinus refellendos suscepit. hos cum Hieronymus septem libris comprehensos dicat, Cyrillus verò tribus, ex diuersa id partione accidisse par est credere. meminit etiam de his Libanius, eosque Porphyrianis præfert. hic quod in Libanij mentionem inciderimus, illud ex Theodoro addendum. cum Is paulò ante Iuliani exitum, Christianum Hominem sibi ex studiorum consuetudine peramicum, per contemptum, interrogasset, quid tum Fabri Filius (Christum inuens) ageret? Ille haud cunctatus, loculum, inquit, Iuliano construit.

Hier.

ep. 84.

apud

Socr. l.

3. c. 19

Theod.

l. 3. c.

18.

nis per iocum vaticinium. Iuliano construit.

Sed Iulianum Ipsum prosequamur, qui Antiochia Hierapolim quinque diebus peruenit, hinc Batnas Osdroënæ Oppidum, vbi pro ostento habitum quinquaginta ipsos Calones, dum pabulum certatim præripiunt, immanni palearum aceruo subsidente, oppressos interiisse, Edessam dein præ-

ter-



tergeffus, Carris substitit; vbi cum  
 esset, specum subiit, inque eo exe-  
 cranda peregit Sacra: egressusque,  
 ostio clauso, obsignatoque, Custodes  
 insuper apposuit: Eo postmodum in-  
 terfecto, speluncæ ostio reſerato, in-  
 uenta est Mulier capillo suspensa, dis-  
 secto ventre, extractisque præcordijs,  
 ex cuius iecinore, vt rescitum est, fu-  
 turam Victoriã explorauerat. Post  
 hæc Nisibin peruenit Romani Impe-  
 rij ad Tygrim Propugnaculum, cuius  
 præsidio grauis armaturæ militũ octo  
 millia reliquit, dum eam interim, vt  
 alibi monuimus, præcipuo exueret  
 munimento, hoc est sanctissimi eius  
 olim Episcopi Iacobi sacris Reliquijs,  
 Cæterum antequam Nisibi discederet,  
 Demetrium Monachum liberius in ip-  
 sius apostasiam obloquentem, duobus  
 cum Socijs lapidibus obrui iussit; hinc,  
 vt aiebat (quod Is Persa esset) victo-  
 riam de Persis auspiciatus. Euphra-  
 te nauali ponte transmissa, Chtesis-  
 phontem, Hostium Urbem munitissi-  
 mam, accessit, quò loci, ducta per tri-  
 ginta fere stadiorum spatium ingenti  
 fossa, ad tutiorem nauium stationem,  
 aut commeatum, Tygridi Euphratem  
 iunxit. cum autem Marti litaret, ad-  
 moto Aris Tauro diutius obnitente,  
 Deo grauitè succensens Homo leuis,  
 atque inconstans iurauit numquam  
 postmodum ei se Sacra facturum. Tum  
 verò

*Infan-  
 diu Iu-  
 liani  
 sacrũ.*

*Ce-  
 aren.*

*Amm.  
 l. 24.*

*Naz.  
 orat. 2*

*Chryf.  
 orat.*

*cont.*

*Gent.*



Herod verò accessisse ad Eum ferunt Virum

l. 3. inter Persas non ignobilem, qui Zo- Iulia-  
Instit. pyri laudem æmulatus, grauibus in nus à

l. 1. Persarum Regem offensionis causis si- Persa  
mulatis, eo cōmento fidem haud ægrè decep-  
apud Iulianum inuenit; ita vt eius lua- tus.

Amm. incenderit. ab Eo igitur circumdu-

l. 25. ctus, inque locis difficillimis destitu-  
tus, demens Imperator, tum demum  
fraudem agnouit, cum, deficiente com-  
meatu, quò se reciperet, vbi consiste-  
ret, ignorauit. his itaque locorum, ac  
rerum omnium angustijs deprehensus,  
Hostium copijs circumuentus, ini-

Nice- quam sanè inire pugnam coactus est;

ph. l. 10 in qua hastili, incertum à quo excusso, Iulia-  
c. 34. vulneratus interiit. ferunt illum vul- ni inte-

Socr. l. nere excepto, exclamasse, vicisti Ga- ritus.

3. c. 18 lilæ, vicisti. Eius cædem eo ipso, quo

Socr. l. contigit, die, & Didymo Alexandria,

6. c. 2. & Sabæ apud Syriam, & D. Basilio

Theod apud Pontum, tum cuidam in castra

l. 3. c. proficiscenti, diuinitus reuelatâ, vete-

rum Scriptorum testimonio, constat.

19. Extinctus est Iulianus sexto Kal. Iu-

lij, cum sexquianno paulò amplius  
imperasset.

*Hic Author post multa de Tyranni  
moribus, atque exitu, ex Nazianzenò  
Orationibus in eum conscriptis, recita-  
ta, quòd eas Gregorius dum Ponticas  
solitudines cum Basilio coleret, com-  
mentatus sit, complura etiam addit  
de*



*de utriusque ea in Eremito morum, ac  
vita institutione.*

*Basi-  
lius in  
crimē  
voca-  
tur.*

Decesserat per eos dies Musonius  
Neocæsareæ Episcopus eximiae vir  
pietatis, ac doctrinae. Ciuium studia, *Basil.  
ep. 62.*  
cum de Successore ageretur in Basi-  
lium omnia propendebant, tum quos  
eius dignitatis ambitio coquebat,  
Sabellij verò hæresim præferebant,  
eaque iam magna ex parte populares  
infecerant, omni ope niti, vt Basilium  
ipsum prauorum dogmatum Sectato-  
rem, rerumque nouarum (quod mo-  
nastici instituti Author videretur) Au-  
thorem criminarentur. Basilius itaque,  
vt, non tam sibi, quam deceptis Neo-  
cæsariensibus consuleret, apologeti-  
cam ad eos Orationem scripsit, in  
qua multa de Monachorum austeriore  
vitæ ratione recensentur, non sine  
admiratione legenda.

Sed de Iuliani iam Successore di- *Ann.  
l. 25.*  
cendum, mira res: cum insensissimus  
Christianorum Hostis nihil optasset *Suid.*  
magis, aut sollicitius laborasset, quam  
vt æquè impium haberet Successorem, *in Io-  
niano.*  
Christianosque ea de causa Duces,  
aut depressisset, aut summovisset, diui- *Theod.  
l. 4. c. 1.*  
na tamen prouidentia factum, vt to- *Ruff.  
l. 2. c. 1.*  
tius exercitus suffragijs, altero à Iu-  
liani obitu die Christianus Impera- *Sozom  
l. 6. c. 3.*  
tor acclamatus sit. Is Iouianus fuit *Socr.  
l. 3. c. 19.*  
Singidone in Pannonia natus non pro-  
prijs solum meritis, sed paternis etiam  
clarus,

*Ionia-  
nus  
Imp.*



clarus, quique, ut alibi dictum memi-  
nimus, Christianam Religionem, vel  
cum Tyranni indignatione, professus  
antea fuerat, quod magis militum pie-  
tatem admiremur. Sed neque Iovia-  
nus delatum a militibus Imperium sta-  
tim arripuit, sublimiori namque ab ijs tu-  
multuariè extracto Suggesto constitu-  
tus, causatus se esse Christianum, Ethni-  
cisque Hominibus imperare haud pos-  
se, vel, si maximè posset, nolle; con-  
cordi militum clamore responsum est,  
*ne metne optimè Princeps, Christianis  
imperabis. nemo sanè inficiabitur, Eth-  
nicos Milites, ac Duces, ex quibus  
fuisse non paucos licet credere, ægrè  
huiusmodi electionem pertulisse, de  
quibus, quæ de exercitus, ex tumul-  
tuarijs Comitijs, mœrore, ac lacry-  
mis Ammianus, Ethnicus author, tra-  
dit, haud dubiè sunt intelligenda.*  
quamquam Ammianus in alijs multis  
apertè mendax deprehenditur; cum Io-  
uiano, quem Christianum fatetur, pro-  
fana Sacra, extorumque inspectionem  
tribuit; inque Eum coniecti ea in di-  
scrimina exercitus culpam iniquè ad-  
modum, atque impudenter, ne dicam  
stultè regerit: quemadmodum & pa-  
cis condiciones inhonestas, quarum re-  
rum infamiam ad Iuliani leuitatem (quã  
ipse idem Ammianus notat) atque  
imprudentiam pertinere quis neget.

Ceterum ad Imperium euectus Io-

uia-

Iovia-  
ni, ac  
militum  
pietas.

Amm-  
mianum  
calum-  
nia in  
Iovia-  
num.



*Leges à Louiano edita. Concilium Alexādrinū.*
 uianus nihil potius habuit, quam ut  
 proscriptos, Religionis causa, Duces,  
 ac milites reuocaret. reuocatus in  
 primis est Valentinianus, & in pristino  
 militiae gradu constitutus, qui ad Im-  
 perium postea sublatus est. Sanctissi- *L. 6. d.*  
 mas dein' leges nouus Augustus pro- *Epis.*  
 mulgavit, quibus & Ecclesijs tribu- *Cler.*  
 tum à Constantino congiarium con- *L. 1. c.*  
 ferri iussit, & sacratas Deo Virgines *2. de*  
 ad matrimonia quacumque ratione *rapt.*  
 cogi, ne dum rapi vetuit. Episcopos *vel*  
 tum exules, Athanasium in primis, Ec- *matr.*  
 clesiae quemque suae restituit. eidem *C. Th.*  
 que Athanasio scripsit, cupere se ab *Socr. l.*  
 Eo rectae Fidei sententiam edoceri. *3. c. 10*  
 igitur Athanasius coacto Prouincialiū  
 Episcoporum Concilio, collatoque  
 cum Ijs studio, atque opere, libellum  
 de Fide Augusto nuncupauit, qui inter  
 Athanasij opera cum extet, *ex eo ab*  
*Authore desumptus hic legitur.*

Porrò qui Macedoniani dicebantur,  
 haud segniter & Ipsi obuiam Louiano  
 ex Perfide redeunti, facti, suae fidei *Theod.*  
 libellum porrexere; cum res ex voto *l. 4. c. 4*  
 non processisset, non Ipsi modò, verum *Socr. l.*  
 etiam Acaciani animos tum quidem *3. c. 20*  
 desponderunt, ipsoque Authore Aca- *c. 21.*  
 cio, vt tempori inferirent, Nicænam *Socr. l.*  
 Fidem, in quam Augustus toto ani- *6. c. 4.*  
 mo propenderet, libello edito, pro-  
 fitentur. id Antiochia peractum est,  
 cogente inibi Concilium Meletio,  
 cui.

*Conci-  
 lium.*



cui XXVII. Episcopi interfuere. Sy- Antio-  
nodalem vero epistolam ad Iouianum ehenū.  
datam hic apud Authorem habes, cui  
Episcoporum omnium nomina adscri-  
pta leguntur.

Cæterum Iouianus ex Perfide re-  
dux Antiochiæ substitit, ad quem  
Athanasius, nouis calumnijs oneratus,  
accessit, quæ, perspecta inimicorum  
fraude, in eius statim gloriam cessere.  
enimuerò, vt sunt Antiocheni dicaces,  
quemadmodū Iulianum dieterijs per-  
strinxerāt, ita nequē Iouiano peperce-  
rūt, illum à procera præsertim statura, à  
qua verius cōmendassent, liberius deri-  
dentes. quamquā non letantum, vt  
sic dixerim, dicta in Eum, ac scripta  
condiebant, sed conuictorum quoque  
veluti felle adsperserant. nec mirant,  
cum Ille interim & claudi Idolorum  
Templa, & verò etiam incendi iusserit;  
cum præsertim in illorum adytis cæsas  
à Iuliano humanas victimas, quod  
Carris quoque factitauerat reperisset.

Iouia-  
nus  
Ab An-  
tioche-  
nis de-  
videtur.

Iouianus  
Idolo-  
rum Te-  
pla in-  
cendi  
iubet.

obitus.

Antiochia postmodum cum recess-  
isset, spsis Ianuarij Kalendis Ancyram  
simul Galatiæ Urbem, & Consulatum  
iniit Collega sibi adscito paruulo Fi-  
lio, ex Aui nomine, Varroniano. Per-  
uenerat Adastanā finitimum Galatiæ,  
Bithyniæque Oppidum, cum XIII.  
Kal Martias nocte intempesta, seu cru-  
ditate Stomachi, siuè ex recenti cubi-  
culi rectorio, grauique prunarum va-  
pore

6. d.  
Epis.  
Ver.  
1. 6.  
de  
pe.  
el  
atr.  
Th.  
er l.  
10  
Suid.  
ver.  
Iouia-  
nus.  
Nice-  
ph l.  
10. c.  
vlt.  
Socr. l.  
3. c. 20  
Chri.  
Ann.  
364.  
Ann.  
l. 25.  
Socr. l.  
6. c. 6.  
Socr. l.  
3. c. 22  
Eutr.  
l. 10.



pore exanimatus est, adepto Imperio clarior, quam gesto.

*Valentinianus Imp.*

Progressæ Nicæam Copiæ, Comitij ibidem habitis, Valentinianum, ob Religionem ab Iuliano olim, ut diximus, Tribunatu motum, & absentem quidem, nam Ancyræ sequuturus substiterat, Imperatorem dicunt. Is haud ita multò post, Constantinopoli cum

*Valentianum fratrem collegam creat.*

iam esset, Valentem Fratrem Imperij Collegam assumptum Orienti præpositum. Cæsarium verò, de quo alibi meminimus Nazianzeni Fratrem Questorem simul, ac Comitem rerum privatarum dixit. quod autem Germani, Sarmatæ, aliique ad Septentriones Populi Romani Imperij Prouincias infestas haberent, ad eorum conatus reprimendos exercitum Valentinianus duxit. Interim Procopius, qui Iuliano sanguinis affinitate iunctus erat, Imperium cum inuasisset, à Valente ægrè tandem debellatur.

*Valentinianus religio.*

Iam quod ad res Ecclesiasticas spectat, Orientis Episcopi cõplures, Valentinianum Legatione ad Eum missa, rogant, Concilium à se cogi permittat. Ille sibi non licere, dixit, rerum diuinarum tractationem vsurpare, proindè Ipsi statuerent quicquid proficuum Rei Christianæ existimarent. eo accepto responso, Concilium Lampfaci celebrandum indicunt, quod non nisi sequenti anno coactum est.

Ipso

L.7  
9.  
Ma  
et  
L.6  
Me  
C. 2  
Eu  
Vit.  
Phi

Chr  
Ann  
365

Soz.  
6. c. 7.  
Soz.  
4. c. 3.  
Soz.  
6. c.  
Soc.  
4. c.  
Bas.  
ep.  
79.  
82.



L. 7. & Ipso autem sui Imperij exordio am-  
9. de bo Augusti, quamvis Idolorum cul-  
Malef tum, qui Iuliano Principe radices al-  
et Mat tius egerat, lege lata permiserint, no-  
L. 6. de cturna tamen Sacra vetuerunt. tum  
Med. quos Iulianus à docendi munere Chri- Ludi-  
& pro- stianos, vt diximus, arcuisset, dato ad magi-  
fess Mamertinum Rescripto, reuocarunt. Stri do  
C. Th. At Valens Maximum Philosophum, cendi  
Euzæ. impium Iuliani Præceptorem, asper- munus  
Vit. rimis subiecit quæstionibus, capite resu-  
Philos. quoque multasset, ni Clearchus Asiæ munt.

Proconsul intercessisset. illud Euna-  
pius narrat memorandum; cum Ma-  
ximus impar cruciatibus ab Vxore  
venenum postulasset, attulit illa, tum  
prior Viro propinauit, statimque ex-  
animata est: Maximus animo conster-  
natus potius, quam erectus, Foemina  
infirmior, sumere illud non est ausus.

Chri. Valentiniano, ac Valente Augg.  
Ann. Cofs. Lampfaci Concilium celebra-  
365. tum est, quod quamquam contra Ar-  
rianos indictum; cum in eo haudqua-  
quam Nicæna Fides, sed Antiochena,  
de qua sæpius meminimus, firmata sit,  
Semiarianos potius quam Catholi-  
Soz. l. cos interfuisse, affirmare necesse est.

6. c. 7. quod à Sozomeno, ac alijs nequaquã  
Socr. l. animaduersum, Basilium tamen mi-  
4. c. 4. nus præterijt. ex His igitur, qui Lam-  
Basil. pfaci conuenerant, Hi præsertim, qui  
ep. 72. Catholicis adnitentibus exulabant,  
79. & cum probè scirent numquam se cum

82. Catho-



Catholicis in gratiam redituros, rerumque gestarum approbationem à Liberio Romano Pontifice assequuturos, nisi alijs omnibus reiectis, Nicænam Fidem amplexi essent; eam simulatè professi, Legatos cum literis ad Liberium destinant, cui haud ægrè eorum ratione imposuerunt. itaque & literas, quas Pacificas, & Communicatorias nominant, ab Eo impetrarunt, & mandata insuper Apostolica quibus proprijs Sedibus restituebantur, stabilita, ut videbatur, Ecclesiæ ubique concordia, certiores ea de re facti Imperatores, literas veluti gratulatorias ad Orientis Episcopos dedere, ex quibus sincera Valentis quoque tum Fides, qui postea Arrianos sequutus est, haud dubiè perspicitur. Legati porrò à Liberio dimissi, Thianæ, Vrbe Cappadociæ, Episcopis compluribus coactis, eiusque literis, ac mandatis perlectis, visum omnibus est primæ Sedis authoritate proscriptos Episcopos restitui.

*Concili-  
um  
Thia-  
nense.*

*Terra-  
motus.*

Eodem hoc anno terræmotus quales antea numquam extitissent, Orbem propemodum vniuersum concussere: porrò maria ita intumuerunt, ut mortales innumeros, ipsasque adeo Vrbes hauserint, ac littorales oras ad multa passuum millia obduxerint. Epidaurij, Urbis excidium metuentes, Hilario- nem, qui Ægypto profugus, apud  
Ipsos

*Soz. l.  
6. c. 12  
Basil.  
ep. 68.  
73. 74  
Ep. 82.  
Hier. i  
chron.  
Ep. in  
Isaiã,  
ac in  
vita  
S. Hi-  
lario-  
nis.*

*Am  
l. 2  
Soz  
6. c.  
Nic  
ph.  
10.  
35.  
Oro  
7. c.*

*Ch  
An  
36  
Am  
l. 2*



*Amm.* l. 26. *S. Hil-*  
Ipsos diuenterat, agmine facto ad lit- *lario-*  
tus perducunt aduersus vndarum im- *nis mi-*  
petum quasi obicem statuentes. Is tri- *vacu-*  
bus in arena Crucibus efformatis, dein' *lum.*  
elata, imperantis in morem, dextra,  
*ph. l.* diutius in gradu perstitit: mirum di-  
*10. c.* ctu, Mare ante Eum altius intumescēs,  
*35.* ac veluti in obstantem fremens, pau-  
*Oros. l.* latim demum in se relabens, quasi di-  
*7. c. 32* cto audiens, conquieuit. rei fama cum  
iam vicinas Vrbes peruassisset, Hila-  
rion breui Lembo clām nocte abscef-  
fit, ac post biduum onerariam nactus,  
in Cyprum delatus est, non tam maris  
impetum, quam laudum humanarum  
fluctus expauescens.

Multas hoc eodem tempore saluta-  
res leges Augusti Fratres promulga-  
runt, quas in Codice Theodosiano  
descriptas require.

*2. l.*  
*5. 12*  
*fil.*  
*68.*  
*74*  
*82.*  
*er. i*  
*ron.*  
*in*  
*siā,*  
*in*  
*a*  
*Hi-*  
*io-*  
*Chri.* Hoc demū anno huius sæculi LXVI.  
*Ann.* à Valente Procopius victus, dum fu-  
*366.* gam paucis cum comitibus capeffit,  
*Amm.* ab iisdem victus Augusto traditur,  
*l. 27.* eiusque iussu capite mulctatur. Eius-  
dem Cognatus Marcellus Tyrannidem  
post Eum occupat omine haudqua-  
quam meliore; quippè à Valentis Du-  
cibus victus, captusque, ac diū tor-  
tus, demum occiditur.

Ciuii perfunctus bello Valens ex *Bellū*  
ternum aduersus Gothos, qui Thra. *Gothi-*  
ciam peruaserant, suscepit. id trien- *cium.*  
nio gestum, pace demum per Ho-  
stes



stes petita, peractum est.

*Valēs  
Arria  
nus fit.*

Verum antequam huic se bello implicaret, Sacro Baptismate iniciari voluit, quod tamen ab Eudoxio Arriano Homine, qui Byzantij Sedem inuaserat; suscepit, à quo Arrianam edoctus perfidiam, iureiurando adstrictus est, in ea se Fide permansurum, aduersæ verò Fidei Sectatores omni ope, ad susceptum à se dogma impulsurum. ea res Catholicos Antistites ad futurum

*Basili-  
us, &  
Na-  
zian-  
zenus  
ex Ere-  
mo pro-  
deunt.*

bellum quasi classicum excitauit; Gregorium quoque, ac Basilium è tranquilla Eremita statione in altum veluti pelagus euocauit. erant sanè iam omnium de Eis querelæ, quòd, neglecta Dei Ecclesia, suæ tantum salutis memores, rationem aliorum nullam haberent. in Gregorium aliæ insuper à Patre querimoniam, qui Nazianzi Episcopus cum esset, impar senilibus humeris onus deponere cogebatur, quæ fuit causa, cur Gregorius aliquanto ante ipsum Basilium ex Eremita umbra veluti in arenam prodiret.

*Naz.  
ep. 4. et  
apol. 4*

*Ep. 19  
& O-  
rat. de  
Laud.*

*Valēti-  
nianus  
II. na-  
scitur.  
Liberij  
Papa  
obitus.*

Hoc eodem anno Filius alter Valentiniiano nascitur ex Iustina Arriana Foemina Valentinianus, & ipse, appellatus.

*Basil.*

Liberius interim moritur exacto Pontificatus anno XV. Huius auctoritate Ioannis autem Patritij impensis non sine diuino monitu, atque ostento exstructam fuisse constat ad Liuiæ

*Chri.  
Ann. 367.*

Ma-



Macellum in Exquilijs præclaram Ba- *Tem-*  
filicam, quam ad Præsepe dicimus, *plum*  
quæ postea sæpius instaurata, hac de- *S. Ma-*  
mum ætate à Sixto V. ac Paulo item V. *ria Ma-*  
Summ. Pont. Sacellis splendidissimis, *ioris.*  
Obelisco, ac magnæ molis Columna,  
mirum in modum illustrata visitur.

Liberio sublegitur Damasus, quam- *Dama-*  
quam non sine schismate per Vrsici- *sus Pa-*  
num postea conflato, atque adeò non *pa.*  
sine cæde. nam, si Ammiano fides ha-  
benda sit, studio partium concerta-

*l. 27.* tione ipso in Templo orta, cæforum  
*Hier. v.* numerus ad CXXXVII. peruenit.

*chron.* Subindè Valentinianus feбри haud  
*Ruff. l.* semel tentatus, Gratianum Filium tum *Gra-*  
*2. c. 10* primùm pubescentem Collegam assu- *tianus*  
mit. porrò cum de Valentiniani, in *Imp.*

*l. 27.* sine crudelitatis nota multa ab Au-  
*Hier.* thoribus, Ammiano in primis, tradan- *Demu-*  
*ep. 49.* tur, illud D. Hieronymus scribit ad- *liere*  
mirandum, Mulierem adulterij falsò, *mirã.*  
vt creditum, delatam, septies ab vno,  
atque altero Carnifice icctam, confici  
tamen haudquaquam potuisse.

Cum interim Orientem pæne vni-  
*Naz.* uersum fames ignes vexaret, Basilij  
*& Nis-* apud Cappadociam pietas, ac dicendi  
*sen. de* vis maxima, enituit, qua effecit, vt hor-  
*Laud.* rea locupletiores aperirent, egentef-  
*Basil.* que haud grauate alerent. Byzantium  
*Hier.* insuper, & finitima ei Vrbi loca inusi- *Fames*  
*chron.* tatae magnitudinis grando, non abla- *ac grã*  
*Naz.* *S* *tis* *do.*

*Gra-*  
*tianus*  
*Imp.*

*Demu-*  
*liere*  
*mirã.*

*Fames*  
*ac grã*  
*do.*



tis modo frugibus, sed iumentis pari- *do pla.*  
ter, atque hominibus cæsis, vastauit. *grand.*

Nouus annus Augustos Fratres se- *Chri*  
cundum Coss. habuit. tum verò Va- *lenti-*  
lentiniani rescripto, Prætextati Urbis Ann. *Ann.*  
Præfecti autoritate, pulso Vrficino, 368.  
schisma Romæ sublatum est, quod ta-  
men haud semel postea reuixit.

*Mogū-* Moguntia nobilis etiam tum Ger- *Ann*  
*tia di-* mania Urbis, suam, & ipsa, cladem ex- *l. 27.*  
*repta.* perta est: quippe Ragalifrandi latro-  
num Ducis fraude capta, Ciuibus pro-  
miscui sexus miserè trucidatis, rebus  
omnibus spoliata est.

*Terra-* Sed & Oriens rursus terræmoti- *Hier.*  
*motus.* bus latè concussus, Nicæa funditus *Chr.*  
euerfa. erat eadem in Vrbe Cæfarius *Socr. l.*  
Nazianzeni Frater Quæstorem Princi- *4. c. 10*  
pum agens, qui diuino planè miracu- *Naz.*  
lo, paucis ex Ciuibus superstibus, *de La-*  
cladem euasit. verum qui terræmotui *ud. Ch.*  
superfuerat, vim morbi postea non ef- *far.*  
fugit. ea verò cum pietatis, ac sancti-  
monia fama decessit Vir alioquin Au-  
læ obsequijs, ac publicis Præfecturis  
implicatus, vt illius obitus memoria  
Ecclesiasticis tabulis adscripta annua  
celebritate recolatur. extant tanti Viri  
Dialogi de anima: alia præterea multa  
scripsisse author est Suidas.

*Donato*  
*si obi-*  
*846.*

Hoc tempore, Donato Carthagi-  
nensi Pseudoëpiscopo vita functo,  
eandem pestilentie Cathedrâ ascendit  
Parmenianus, aduersus cuius in rem

Ca-



Catholicam deliramenta, Optatus Mileui apud Numidiam Episcopus stilum acuit. Ticonius quoque ex eadem Donatistarum disciplina, sed tamen haud paulò cordatior, in Parmenianum inuectus est, quem, datis ad eum prolixioribus literis, Parmenianus idè paternè quasi monitum voluit. itaque cum postea Diuus quoque Augustinus Parmeniani mendacia sibi impugnanda suscepisset, aduersus eandem præcipuè literas egit.

Chri. Olibrio, Viro clarissimo, Urbanam Ann. Præfecturam gerente, nouæ turbæ à 369. seditiosis Vrsicini Affeclis excitatæ sunt. igitur factiosi Homines nouo Principis rescripto intra vigesimum ab Vrbe lapidem conuentus agere vetiti; non parentes, graui mulcta coerciti sunt.

Hilar. Cæterum Valentinianus, Alemanni- Valenti- cont. co confecto bello, Mediolanum re- nianus Au- uertitur. Hilarius Fidei zelo æstuans, Medio- xent. veritus, ne Auxentius eius Urbis Episcopus Arrianus religiosum Principem pestifero veluti afflatu corrumpere, quem iam propensiori in illum esse animo cognouisset, Mediolanum accedere, Augustumque coram de praua Auxentij doctrina admonere non dubitauit. audita igitur Hilarij accusatione, causæ cognitio Quæstori, ac in Au. Magistro demandata est. Auxentius xentij Fidei libellum ambiguis conceptum accusa-

Valenti-  
nianus  
Medio-  
lani.

Hilar.  
in Au.  
xentij  
accusa-  
tio.



verbis, atque sententijs ita concinna-  
uit, vt rectæ Fidei assertor, quantumuis  
reclamante Hilario, & fraudem sub-  
esse demonstrante pronunciatus sit, Hi-  
lario ipso veluti calumniatore exce-  
dere Vrbe iusso. *rem Author hic fu-  
sus eorundem Hilarij, atque Auxentij  
recitatis libellis, recenset: tum de Hila-  
rij stylo, librisque editis non pauca ad-  
dit.* Auxentius porrò arte, qua dixi-  
mus, victoria de Hilario parta, in Euse-  
bium quoque Vercellensem, ac Phila-  
striū Brixientem Episcopos, aliosque,  
apud quos malè se audire sciret, gratia,  
qua iam apud Augustū plurimū polle-  
bat, nixus, inuehi cæpit. res eò dedu-  
cta est, vt Romani Pontificis autori-  
tate opus fuerit. igitur Damasi iussu  
coacto Romæ Concilio, Athanasio  
quoque adnitente, Auxentius damna-  
tur; eoque postmodum præiudicio,  
alijs quoque in Prouincijs Hæreticus  
appellatur.

*Auxē-  
tius  
dāna-  
tur.*

*Am-  
brosius  
Insu-  
bria  
præsi-  
ditur.*

Per idem tempus Ambrosio Roma-  
no Ciui spectatissimo, ab Anicio Pro-  
bo Prætorio Præfecto, Insubria, Ligu-  
ria, atque Æmilia, cū Insignibus Con-  
sularibus traduntur regendæ. ferunt à  
Probo proficiscenti in Prouinciā Am-  
brosio, vaticinio veluti quodam, addi-  
tum. *vade, age, non vt Index, sed vt  
Episcopus.* erat tum annorū Ambrosius  
triginta sex, quinquennio post Episco-  
pus factus, vt suo loco dicturi fumus.

Hoc

L.  
qu  
ap  
C.  
Ep.  
Na  
ep.  
et  
et  
de  
La  
Ba

*Atha.  
ep. ad  
Afric.*



L. 20. Hoc eodem anno, Augustorum ad Episco-  
quorū Claudium Rescripto, Cronopius Epi-  
appell. scopus, quod ab Episcopis in Con-  
C. Th. cilio damnatus, ad sæculare Tribunal Tribu-  
appellasset, pecunia pauperibus ero-  
ganda, mulctatur. cuius Sanctionis pellans  
Ep. 32 Ambrosius ad Valentinianum Iunio-  
rem scribens meminit. mul-  
ctatur.

Naz. Sed iam quæ apud Orientem hoc  
ep. 21. anno sunt gesta prosequamur. obie-  
et seqq. rat per idem tempus Eusebius Cæsa-  
et ora. reæ apud Cappadociam Episcopus;  
de ergò omnium statim vota in Basilium  
Laud. propendent: Is Ciuium conspiratio- Episco-  
Basil. ne animaduersa, fugam arripuit: ita patrum  
tamen, vt anxia cura teneretur, ne Basi-  
eam Ecclesiam prauis moribus, aut lius sue  
doctrina quispiam occuparet. scripsit git,  
itaque ea super re ad Gregorium,  
qui, non tam quid Basilus cuperet,  
quam quid ex Ecclesiæ illius bono es-  
set, animaduertens, Patris nomine,  
qui cum prouincialibus Episcopis Cæ-  
saream vocatus, ægritudine, ac senio  
confectus, adesse haud poterat, lite-  
ras ad Cæsarienses dedit, quibus Eos  
summoperè hortatus est ad Basilium  
eligendum; suum interim calculum in  
eius electionem conferens. veritus  
nihilominus, vt literæ satis essent,  
optimo Parenti Author fuit, vt vitæ  
quoque discrimine posthabito, Cæsa-  
ream Ipse ad Comitia accederet. Se-  
nis aduentu omnium animis confir-



*Basilii* matis, pulsoque metu, quem Prouin-  
*lius eli* ciae Præses Arriani Principis veluti In-  
*gitur* terpres intentauerat, omnium cum  
*Episco-* plausu Basilius eligitur. eo in gradu  
*pus.* collocatus, quem in bonarum artium  
 studijs, tum in Eremitæ secessu Socium  
 habuerat Gregorium, curæ quoque  
 pastoralis participem effecit.

Hoc demum anno, redempta per  
 Athanaricum pace, Gothicum bellum *Amm.*  
 finem accipit. quo tempore Armeniæ *l. 27.*  
*Arme-* Rex Arfaces, de quo alibi meminimus,  
*nia Re* Saporis Persarum Regis captatus infi-  
*gis in-* dijs, simulata pace, conuiuio adhibi-  
*fortu-* tus, per summam perfidiam effossis  
*nius.* primùm oculis demùm trucidatur.

Gothico perfunctus bello Valens, Chri-  
 cum tertium vna cum Fratre inisset *Ann.*  
 Consulatum, diram in Catholicos An- *370.*  
*Valen-* tistites persecutionem excitat. quip- *Soz. l.*  
*is per-* pè, edicto promulgato, iubet Episco- *6. c. 12*  
*sequu-* pos omnes à Constantio proscriptos,  
*tio.* à Iuliano restitutos, iterum exturbari,  
 quasi hoc pacto Illius Religionem æmu-  
 lari, Huius se auersari impietatem,  
 testatum vellet. eius edicti authori-  
 tate Ægypti Magistratus Athanasium  
 pellere cum voluissent, Populi con-  
 cursu facto, inhibiti, quod Is edicto  
 comprehensus nequaquam videretur,  
 cum Iuliani quoque temporibus exu-  
 lasset. certior ea de re factus Valens,  
 seu quod amplissimæ Urbis seditionem  
 pertimesceret, seu quod Atha-  
 nasium

*Populi*  
*in A-*  
*thana-*  
*sium*  
*studia.*



nasium insignem pietate, ac doctrina Virum reuereretur, manere permisit. aliorum complurium deportationes, quas

Soz. l. 6. c. 13. *Author stylo persequitur, apud eum re-quire.* illud nequaquam est prætereun-  
Socr. l. 4. c. 13. dum; cum legatione ab Orthodoxis in-

stituta, octoginta Ecclesiastici ordinis Viri Tyrannum adiussent, de Arrianorum vi, atque sæuitia exostulaturi, eius iussu, vt seditiosi, damnati, naui impositi, ac in altum delati, incensa naui, ad vnum omnes ambusti sunt.

Legati  
nauis  
incensa  
com-  
burna-  
tur.

porro de Arrianorum sæuitia, ac sceleribus testatur abundè Nazianzenus. At Valentis in Legatos facinus detestandum, sequuta est Orientis clades ex maxima annonæ caritate.

Naz. orat. ad CL. Episcopos, & ad Arrian. Hier. i. chron. Apud Sur. 25. Maij.

Catholicorum apud Orientem miseratus conditionem Damasus Rom. Pont. Zenobium, qui postea Florentiæ Episcopus fuit, Constantinopolim misisse traditur. Is, patris etiam miraculis, qualemcumque vexatis Ciuibus opem cum tulisset, ad Damasum reuersus, maioris id molis opus esse testatus est, quam vt obita à se legatione posset absolui.

S. Zenobius  
Florentia  
Episcopus.

At Valens, qui Nicææ aliquandiu substiterat, Antiochiam petiturus, venit Cæsaream. hic Basilium minis interritum, proferbere cum decreuisset, exili; sententiam subscribere, rupto non semel calamo, dextraque obri-

Naz. de Laud. Basil. Theod. l. 4. c. 17.

Valens  
Cæsaream.  
Sub-  
scribere-  
& re in-  
Basil-





*liū ne-* chartam lacerasse traditur. ad hæc gra- *Socr. l.*  
*quit.* ui ægritudine Filio Galate correpto, 4. c. 21  
*Gala-* Basilij opem volens nolens implorare  
*tes Va-* coactus est. verum qui ad Basilij pre-  
*lentis* ces conualuerat, accedentibus postea  
*filius.* Arrianis, illumque sacro Baptismate  
 abluentibus, Puer interijt.

Sub idem, vt putatur, tempus San- *Ephr.*  
 ctus Ephræm, ex diuina reuelatione *de La-*  
*Basilij* Basilium adiit. de quorum congressu, *ud. Ba-*  
*et E-* rebusque tum gestis ipsum S. Ephræm *sil.*  
*phræm* consule. illud nonnulli addunt, eam  
*cōgres-* tum illum, Basilij precibus, à Deo gra-  
*sus.* tiam impetrasse, vt, Syrus græci ser-  
 monis infcius cum esset, græcè tamen  
 loquentem Basilium intelligeret.

Aliam verò Basilij cum Eusebio Au- *Naz.*  
 gustæ Auunculo, eam Præfecturam *de La-*  
 gerente, concertationem Gregorius *ud. Ba-*  
 narrat, quem tu consule. *sil.*

Eadem porrò contentione, qua *Nissen*  
 Cæsareæ Basilium, Meletium Antio- *in fun.*  
 chiæ Tyrannus exagitauit, quem tri- *Melet.*  
 gesimo ab accessu in eam Urbem die *Socr. l.*  
 exilio mulctauit, ferunt, curru cum *4. c. 14*  
 abduceretur, Præsidem, quo cum ve- *Sozom*  
 hebatur, saxis à tumultuante Populo *l. 6. c.*  
 appetitum, à Meletio ipso contactum *18.*  
 pallio ægrè incolumen euasisse.

Permulti hoc tempore insignes Vi-  
 ri, dicendi libertate, editisque mira-  
 culis, Tyrannum à sæuendi in Catho-  
 licos studio deterruerunt. Hi fuere,  
 Aphraates, ac Iulianus Saba, ex Eremiti-  
 cul-



Theod eulcoribus, Flavianus, ac Diodorus,  
l. 4. c. ex Meletij disciplina Clerici, aliorum  
26. verò nomina, atque res gestas, qui hoc  
eodem tempore, magna cum sancti-  
monia fama Syriæ solitudines incole-  
bant, ex Theodoro pete.

socr. l. Ferunt Valentem furore in Catho- *Themi-*  
4. c. 27. licos percitum, Themisij Oratione *stij O-*  
Soz. l. ad eum habita, siue, vt alij tradunt, li- *ratio*  
6. c. 36. bello ei nuncupato, ad meliorem men- *Valen-*  
tis statum reuocatum; oratio sanè illa, *tè pla-*  
aut libellus non extat, in eo tamen ar- *cat.*  
gumento eum versatum fama est, vt  
ad diuinæ maiestatis commendatio-  
nem spectare diceret, si de Deo ho-  
mines, quem mente assequi nequirent,  
diuersa admodum opinarentur. apud  
Ethnicos porrò longè plures de Dijs  
esse dissidentes inter se sententias,  
quam apud Christianos.

*Amm.* Cæterum non tantum Catholici, *Philo-*  
l. 19. verum etiam Ethnici, hi præsertim, *sopho-*  
qui Philosophi nomine censebantur, *rum à*  
Valentis sæuitiam experti sunt. per- *Valere*  
tæsi etenim Christianum dominatum, *vexa-*  
curiosius, malis etiam artibus futurum *rio.*  
Principem inuestigauerant: & iam se  
nomen magna ex parte assequutos  
euulgauerant; sortes quippè edidisse,  
hisce primis literis, seu elementis con-  
stare THEOD. igitur malo suo, ac alio-  
rum fato ea deliria commenti sunt,  
diræ namque de His habitæ quæstio-  
nes sunt, mortique addicti huiusmodi



*Admirandi generis mul-  
torum infor-  
tunū.* Coniectores tanto numero, vt Sozo- L.6.6.  
L.6.6. menus scribat omnes propè Gentiles 35.  
Philosophos fuisse extinctos; neque *Amm.*  
Hos tantum, sed ex His quoque com- l. 29.  
plures, qui infausto tum quidem *Theo-*  
*dori, Theodoli,* aut ijs perfimili nomi-  
ne appellarentur, tanto omnium ter-  
rore, vt innumeri huiusmodi appellati  
nomine, illud mutauerint. porro Theo-  
dorus quidam inter Principis Satelli-  
tes forma, ac natalibus conspicuus, in  
quem tamquam Idolorum cultorem,  
Coniectorum, quos diximus, non tam  
fortes, quam vota respiciebant, Va-  
lentis iussu igni est traditus. Hunc Gal-  
lum genere fuisse Ammianus scribit.  
de alio Theodoro Siculo eadem ex  
causa supplicio affecto D. Chryso- *Ep. ad*  
stomus meminit. tum de Theodosiolo *vid.*  
Socrates, quod, patricij generis cum *Junior*  
esset, Imperio idoneus videretur, ab *Socr. l.*  
vsque Hispania adductum, ac morte *4.6.15*  
multatum tradit. de Theodosio po-  
stea Augusto, ac Patre, insigni vtro- *Ad*  
que Duce, opportunius infra sermo *ann.*  
erit. Cæterum ex Philosophis inter *Christi*  
fectis, celebriores fuere Maximus, de *373.*  
quo sæpius meminimus, Hilarius, Si- *Zosim*  
monides, Patricius Lidus, Androni- *l. 4.*  
cus ex Caria, ab hac clade immunis *Eu-*  
fuit Themistius, quod Is solidæ philo- *nap. in*  
sophiæ sectator esset, à magicis verò *vit.*  
artibus abhorreret. eadem ex causa *Philos.*  
magici omnes libri diligentius perqui- *L. 6. 6.*  
siti, *8. de*

*Philosophi occisi.*

*Libri magici creati.*

M  
C.  
  
Hi  
chr  
Or  
l. 7  
Au  
del  
De  
18  
52  
L.  
de  
C.  
Hi  
ep.  
An  
ep.  
1.0  
9.  
17  
6.  
27  
3.  
Tit



Malef. fiti, crematique sunt. huc spectant leges hoc anno ab Augustis editæ, quæ in Codice Theodosiano leguntur.

Per idem tempus Athanaricus Gothorum Rex, Christianos, qui in ipsius ditone erant, aggressus diris supplicij Fidei causa affecit, donec intestino exorto bello, regni parte à Phritigernè spoliatus est: qui tamen prælio ab Athanarico victus, auxilium à Valente petijt, quo impetrato, commissoque prælio, victoria potitus est. beneficij proindè memor, eam se maximam Valenti gratiam relaturum existimans Arrianam Fidem amplexus, eandem, vt subditi quoque sibi Populi reciperent author fuit.

Hier. & chron.

Oros.

l. 7. c. 7

Aug.

de Civ.

Dei l.

18. c.

52.

L. 20.

de Ep.

& Cle.

C. Th.

Hier.

ep. 2.

Ambr

ep. 31.

1. Cor.

9.

1 Tim.

6.

2 Tim.

3.

Tit. I.

Hoc eodem anno lata ab Augustis Lex in Clericos, ac Monachos, ac redditates, donationes, ac legata percipere est vetitum, nisi ad eos iure sanguinis alioquin spectarent; eam porrò Damaso Ipso adnitente fuisse promulgatam, conijcere ex eo licet, quod Romæ in Ecclesijs lecta perhibetur. queruntur sanè Hieronimus, atque Ambrosius non tam de lege parum enimuerò æqua, quam de legis causa, hoc est de multorum auaritia, quorum culpa omni æuo factum est, vt iniquè admodum totus Ordo traducatur. sanè ab vsque Apostolorum temporibus inuenti sunt, qui ex Evangelio quæstum facerent, de quibus



Paulus haud semel meminit .

Hac quidem lege Viduis, ac Pupillis consultum se voluisse Augusti testantur, honestius tamen per aliam id præstitum, qua à Plebis censu vtrique exempti sunt. L. 6. de Cens. C. Th.

*Lex de disci- plina Schola sticorū* Inter laudabiles Valentiniani San- L. 1. de stud. liber. C. Th.  
 ctiones ea quoque numeranda est, qua eorum moribus, ac disciplinæ con-  
 sultum voluit, qui Romam bonarum artium addiscendarum causa accede-  
 rent. ad quam respexisse visus est Augustinus, dum se idecirco Romam, Aug. Cōfess. l. 5. c. 8  
 Carthagini prætulisse ait, quod hic foeda, ac intemperans Scholasticorum licentia vigeret, illic, ex legum præscripto, pacatiora essent omnia.

*Comē- tū de Valer- ianiani bi- gamia* Nunc quando de Valentiniani le- l. 4. c. 26.  
 gibus sermo est, nequaquam dissimulare licet, quod Socrates tradit, Eum l. 4. c. 26.  
 Iustinam, ex intemperanti libidine, 26.  
 viventi adhuc Seueræ Augustæ super-  
 induxisse, lege insuper lanxisse, vt Amm l. 30. Zosim l. 4.  
 cuique, liceret vxores simul duas ha-  
 bere. Sed hoc purum putum esse, Amm l. 30. Zosim l. 4.  
 commentum, ex eo constat, quod l. 30. Zosim l. 4.  
 apud Ammianum, ac Zosimum eius l. 4.  
 temporis Scriptores, & Christianis l. 4.  
 Principibus parum æquos, non solum  
 ea de re mirum silentium, sed ab ijs  
 potius Valentinianus à castitate plu-  
 rimum commendatur. quod si eius le-  
 gis author fuisset, nonne Caligula,  
 Commodus, atque Heliogabalo tur-  
 prior.



pior fuisset? passus ne umquam fuisset  
Damascus Christiana ipsa præcepta

*L. 7. C. de Iudæis.* hac lege violari? tacuisset de ea Theo-  
dosius, qui paucis post annis hoc Iu-  
dæis vetuit? sed & illud Socratis osci-  
tantiam arguit; virginem enim Iusti-  
nam fuisse tradit, quam Magnentij  
Vxorem fuisse exploratum est.

*Chri. Ann. 371.* Novus annus Gratianum iterum,  
& Anicium Petronium Probum Con-  
sules habuit. Ampelium verò Vrbi  
Præfectum, Vicarium Maximinum, ad  
quos hoc anno duplex extat Rescri-  
ptum trium Augustorum de Vrsicini, *Vrsicini*  
qui in Galliam fuerat relegatus, reuo- *nus re-*  
catione, vetito nihilominus ad Vr- *uoca-*  
bem, ac suburbicanas ( vt verba ha- *thv.*  
bent Rescripti ) Regiones accessu.

*L. 10. de Ma- les. C. Th.* Ad eundem quoque aduersus Male-  
ficos Senatores rescriptum est, qui  
Maximino Iudicium seuerissimo, inue-  
stigandi, puniendi que sunt traditi.

*Amm. l. 28. Basil. ep 12. 52.* Cæterum apud Orientem Athana- *Atha-*  
sij, ac Basilij opera factum, ne Catho- *nasij,*  
lica omninò Fides pessum ireret. adiu- *ac Ba-*  
mento quoque fuit Damascus Roma- *sij*  
nus Pontifex, qui receptis ab Atha- *laus.*  
nasio, ac Basilio Legatis, paternè ad  
Eos rescripsit, collaudata eorum ope-  
ra, ac Orientalium Ecclesiarum ferè  
omnium sollicitudine. Ecclesiæ ta-  
men Hostibus id agentibus, factum  
est, vt Basilius calumnijs appetitus,  
apud multos, ipsumque adeò Dama-  
sum,



sum, in suspensionem parum sinceræ doctrinæ, inique cum Hæreticis societatis, venerit. *rem ex Basilij ipsius literis, alijsque documentis fuse admodum ab Authore traditam, ex ipso pendendam relinquitur.*

**Basilij** Basilio interim, cum Gregorio quo-  
**cū Gre** que amicissimo sibi Homine, orta  
**gorio** contentio est, Gregorio pertinacissi-  
**contē-** mē Sasimorum Ecclesiæ Præfecturam  
**tio.** à Basilio demandatam detrectante  
*quam ad rem Author tū alia multa, in car-  
 rum elegantissimos ipsius Gregorij Iam de vi-  
 bos, eodem metro latinè redditos, affert.* *ta sua.*  
**Edesse** Sed iam ad Valentem redeamus, *Theod*  
**novum** qui Antiochia Edessam cum venisset; *l. 4. c.*  
**in fide** irā pariter, ac moerore affectus est ve- *16.*  
**constā-** hementer cum cognouit eius Urbis *Socr. l.*  
**tia.** Ciues, Arriano à se dato Episcopo so- *4. c. 14*  
 litario destituto extra Urbem, de re- *Soz. l.*  
 bus diuinis Conuentus agere frequen- *6. c. 18*  
 tissimos; itaque & Urbis Præsidentem  
 acriter, quod non vetasset, increpi-  
 tum, pugno in os impacto, cecidit, &  
 fustibus, ferroque disci multitudinem  
 à militibus imperauit. at animo concidi-  
 disse ferunt, cū Ei nunciatum est, Po-  
 pulum, qui conuenerat, ad militum  
 incursum non solum non diffugere,  
 sed alios insuper, qui tum aberant,  
 quasi ad palmam, accurrere. proinde  
 reuocatis, quæ dederat, mandatis, in  
 Ecclesiæ tantum Ministros iram con-  
 uertit; octoginta ex His in Thraciam  
 rele-



relegatis, quò dum abducerentur, ab Oppidanis vulgò obuiam prodeuntibus, vt Fidei Athletæ, honorificentissimè excipiebantur; qua etiam de recertior Tyrannus factus, iubet binos deduci, nec nisi paucos in Thraciam iam pelli, reliquos in extremos Arabiæ fines, ac Thebaidis Viculos seorsim amandari.

*Hier. chron. & de script.*

His Ipsis Consulibus Eusebius Vercellensis Episcopus celeberrimus notagenario proximus moritur, martyrij titulo iure insignitus, quod non modò exilio, alijsque ærumnis Fidei causa vexatus à Constantio Principe fuerit, sed ex eo maximè, quod ad Tribunal raptatus, & per scalas sus, deque tractus, illiso capite, sanguinem fuderit, eoque lapideos gradus madefecerit, quorum fragmina cruore conspersa eius sepulcro illata dicuntur; quo factum videtur, vt lapidum vi martyrium subijsse sit creditus.

*S. Eusebius Vercellensis moritur.*

*Hier. chron.*

Quo item anno obijsse constat Luciferum Calaritanum in Sardinia Episcopum, cuius schisma supra deplorauimus.

*Luciferi Calaritani obitus.*

At Valentinianus Symmachi artibus haud dubiè circumuentus, multa Ethnicis indulfit, illud in primis, vt aruspicinam, dum sine magiæ scelere, licitè exercerent. extat ea de re illius Sanctio Christiano Principe planè indigna. nam quoad Victoriæ Aram

*L. 9. de Malef. et Mat. C. Th. Ambr. ep. 30.*

in



in Capitolio stantem, Ambrosius illum tamquam rei ignarum, ab infamia vindicat.

Qui sequitur annus Modesti, atque Chri-  
Arinthei consulatu notatur, qui ex Ann.  
Valentis familia fuere ambo: Ille qui- 372.  
dem Arrianus Principis sæuitiæ præci- Basil.  
pius Administer; Hic contra, & Ca- ep. 5.  
tholicus Ipse, & Catholicorum infi- i add.  
rentia- gois Patronus militari quoque impe- Amm.  
nus. rio, ac virtute clarus; quibus item lau- l. 27.  
dibus clarus hoc tempore erat Teren- in fin.  
tiani, cui (vt Ammianus tradit) duo- Theod.  
decim parebant legiones; de quo illud l. 4. c.  
à Theodoreto traditur memorabile. 22.  
Terentiani cum insignibus Victoriæ trophæis in  
Armenia erectis, ad Valentem reuer-  
tisset, eo suadente, vt debitum virtuti  
præmium, quod magis cuperet ab se  
exposceret, supplici libello petijt, vt  
Ecclesiã rectæ Fidei Sectatoribus con-  
cederet; quo ex Viri studio stoma-  
chatus Tyrannus, supplicem libellum  
laceravit, iussitque potiora illum po-  
stulare. pius Dux collectis libelli par-  
ticulis, satis (inquit) ò Imperator ac-  
cepi, Deus ipse, an æqua experierim,  
Iudex esto. hic rursus institutam de  
Basilio narrationem longius Author  
profert, ad quam remittere lectorem  
sogimur, quemadmodum & ad ea,  
que statim addit, Hieronymi vitam,  
iniecit de eo mentione, singillatim  
recensens.

Per



*Greg.* Per idem tempus Gregorius Na- *Grego-*  
*Naz.* zianzenus Parentis obitu, qui eam *rius*  
*in fun.* Ecclesiam XL. amplius annos Episco- *Na-*  
*Patr.* pus rexerat, eiusdem se Ecclesiæ cu- *ziäze-*  
 ra absoluit; & ne Episcopus ipse crea- *ni Pa-*  
 retur, Seleuciam aufugit, eamque *ter mo-*  
 apud Urbem ad Valentis vsque necem *ritur.*  
 commoratus est. *Item*

*Naz.* Pari fermè cum seniore Gregorio *Atha-*  
*de La* annorum spatio cum sedisset Athana- *nasius*  
*nd. A-* sius, hoc demum, & ipse, anno vitæ  
*than.* exitum sortitus est.

*Theod* Athanasio vita functo, illius calculo  
*l. 4. c.* à Catholicis Petrus eiusdem Ecclesiæ  
*18.* Presbiter ætate senex, virtutibus cla-  
*Ruff. l.* rus, subrogatur. Arriani contra haud-  
*2. c. 3.* quaquam segnes, Lucium, quem iam  
*Pallad* tum à Georgij cæde cooptauerant,  
*Laus.* Euzoio deducente, Alexandrinis ob-  
*c. 33.* trudent.

*Socr. l.* Petrus Præfidis mandato iussus ex-  
*4. c. 16* cedere, Romam contendit. sunt qui  
*Soz. l.* tradant carceri ab Euzoio mancipa-  
*6. c. 19* tum, fuga elapsum, conscensa naui,  
*Paul-* Romam properasse. vtcumque se res  
*lin. ep.* habeat, sequutæ sunt Alexandriae tum  
*10.* ab Arrianis cædes, vincula, proscri-  
 ptiones, tum à Gentilibus sacrarum  
 Ædium contemptus, profanationes,  
 incendia, quæque alia Nazianzenus  
 deplorat, & Petrus extorris circulari  
 ad Orthodoxos epistola, tamquam in  
 scæna, exhibet miseranda. neque intra  
 Alexandriae fines stetit tyrannica Lu-



*Melania.**Proscripti à Valente.*

cij vexatio, sed ad vniuersam Ægyptum, ac Thebaidem pertinuit, & ad ipsa Monachorum septa peruasit. peregrinationem apud eos per ea tempora instituerat Melania ex Romanis Matronis nobilissima, cuius Filius Romanæ Urbis Præfecturam gerebat. cum Ea erat Ruffinus, qui rerum tum gestarum Testis oculatus fuit. Is restatur in Monachos, qui trium millium numerum excedebant, siue vt Paulinus tradit, quinque millium, equitatum, peditatumque, veluti in Barbaros, à Lucio missum, à quo rebus omnibus spoliati, disiecti, ac necessarijs alimentis interceptis, ferarum more vagari, victum quærere coacti sunt, quos tamen vtcumque coeuntes eadem Melania sumptu maximo enutrit. Porrò cum Augustalis Ægypti Præfectus Valentis iussu, Lucio adnitente, præcipuos Monachorum Patres, atque Episcopos centum ferè numero Diocæsaream apud Palestinam relegasset, Melania, opem Illis, ac ministerium exhibitura, subsequuta est; Eos demum assequuta, mirum dictu, ne ab his, quorum custodia crediti Patres erant, prohiberetur, seruili veste sub vesperam vitæ illis necessaria afferebat. verum his demum restitutis, ipsa Hierosolymam perrexit, vbi condito à se Monasterio clausa cum Virginibus L. annos in eo quinque



que ferè, ac viginti mansit.

Cæterum dum Valens rectam Fidem pro viribus deprimere, & si fas, delere contendit, eam Deus lætius

Ruff. l. efflorescere, & latius propagari iu-

2. c. 6. bet. quippè Maurcia Sarracenorum

Socr. l. Regina, Moise Sanctissimo Eremitæ,

4. c. 29 Hilarionis disciplina, Alumno, suæ

Soz. l. Gentis Episcopo expetito, Christiana-

6. c. 38 nam Religionem amplexa est ipsa, &

Theod. l. 4. c. 2 recipi à subditis sibi Populis curavit.

Saraceni Christianam fidem recipiunt.

Hoc eodem anno mortem obiisse

Hilarionem ipsum ex Eremitæ cultori-

bus celeberrimum, Author est D. Hieronymus,

qui illius Vitam perscripsit, testatus eam ante non tam historicè,

quam encomiasticè descriptam ab Epiphano,

cui cum ipso Hilarione necessitudo arctior intercesserat.

*hic sermo de Epiphano exorto, multa de illius laudibus, rebusque gestis Author recenset, qua ex eo peti possunt.*

Saba quoque Gothus, iubente Athanarico, martyrio affectus est prid.

Id. Aprilis, quo die eius memoria Ecclesiasticis tabulis adscripta est.

Quibus item Consulibus de curanda Byzantiæ Bibliotheca, Valens ad

L. 2. de stud. Clearchum eius Urbis Præfectum,

lib. C. rescripsit.

lib. C. rescripsit.

Th. Quartum Augg. Fratres Consulatum inierant, cum Damasus coacto

Chri. Ann. Romæ Concilio, Apollinaris, aliorumque in Oriente hæreses damna-

373. rumque in Oriente hæreses damna-

Hilarionis obitus.

Bibliotheca Byzantiæ.

Concilium Romæ.

uit;



uit; res in eo gestas. quamvis Acta ex. Sox. l. viderint, ex Theodoro, ac alijs ab 6. c. 25. Authore hic recensentur; qui de Apol. Theod. linaris quoque erroribus, ac editis ab l. 5. c. eo libris multa addit.

II.

**Basilij Zelus** Hæc non satis visa sunt Basilio ad Naz. Orientalis Ecclesiæ statum erigendum. ep. I. itaque cum Damasi auxilium sæpius ad Cle. iam antea implorasset, rursus ad eum, ac reliquos Occidentales Episcopos scribit. Basilij votum erat, ut Viri pietate, ac prudentia conspicui Legati Basil. ep. I. mitterentur, qui vexatos Orientales in ad. ad tolerantiam, ad certamen hortarentur, nutantes in Fide confirmarent, spem pristinae tranquillitatis facerent.

**Firmi Tyrannis in Africa.** Per eadem tempora Firmus tyrannidem in Africa occupauerat; ad eum l. 28. oppugnandum Valentinianus Theodosium seniore, Theodosij postea Augusti Patrem cum exercitu miserat. Tyrannus uno, atque altero prælio victus, Episcopos aliquot cum obsidibus ad Romanum Ducem legavit; cum supplex ipse accessit, ac veniam impetrauit. Africa igitur, confecto bello, pacata. Valentinianus, cum adhuc in Gallijs ageret, Donatistarum Anabaptismum inhibuit, dato ad Iulianum Proconsulem rescripto. Cæterum Firmus, cum iterum sumpsisset arma iterum à Theodosio debellatus, melioris desperatione fortunæ, laqueo collo iniecto vitæ exitum quaerit.

**Anabaptismus inhibetur.** L. I. de Sanct. Bapt. C. Th.



quæ fuit. Huius Frater fuit Gildo, qui collapsam Firmi tyrannidem erigens Romano tursum Imperio negocium faceffit, Donatique parte in Catholicos suscepta, maximo Africanæ Ecclesiæ detrimento fuit. At quid gratiæ redditum Theodosio fuerit, libet *dosius* ex Orosio referre. Post, inquit, cum senior experientissima providentia totam cū capite Mauriania Africam meliorem prælectis legibus reddidisset, instimulantur. & obrepente invidia, iussus interfici, apud Carthaginem baptizari in remissionem peccatorum præoptavit, & postquam sacramentum Christi, quod quæsierat, assequutus est, post gloriosam sæculi vitam, etiam de aternitate securus percussori iugulum ultro prabuit. hæc Orosius. huiusmodi infortunium tanto Duci

Sup. vndè acciderit Authores non tradunt, ad an. par est autem existimare Valentis id Christi contigisse insidijs, ex ea, quam de Successore, vt diximus, ex suspicione, 370. formidine alebat. fuisse tum quidem Theodosium Filium, quamquam prima lanugine pubescentem, Ducem aduersus Sarmatas, Romani Imperij fines inuadentes, constitutum Ammianus affirmat. porrò Ipsum quoque tum ad necem quæsitum, diuina providentia periculum anteuertisse, D. Ambrosius indicat ea Oratione, quam in eius funere dixit.

No-



Nouus annus sera quamuis Auxen- Chri.  
 tij morte, Ambrosij electione, non Ann.  
 Mediolano tantum, sed Italiae vniuer- 374.  
 sae optatissimus subit, quo, Arriana,  
 deterfa labe, Ecclesiae Occidentalis  
 facies nitidior deinceps apparuit. At  
 de Ambrosij admirabili electione pau- *Pass-*  
 lo diligentius exquiramus. Is eam *lin. in*  
 Prouinciam quinquennio iam, vt dixi- *vit.*  
 mus, administrabat, cum, sequuta Au- *Theod*  
 xentij morte, Episcopis, qui conue- *l. 4. c. 5*  
 nerant, dissidentibus, Mediolanensi *Ruff. l.*  
 vero Populo, ex factionum studio ad *2. c. 11*  
 seditionem spectante, Ambrosius, pro *Socr. l.*  
 credito sibi munere Ecclesiam, stipa- *4. c. 25*  
 tus satellitio, ingressus est, Populi tu- *Soz. l.*  
 multum inhibiturus; audita tum In- *6. c. 24*  
 fantis vox est Ambrosium Episcopum  
 insonans, ex qua, dissidentium statim  
 sequuta concordia est, consensu miro  
 Ambrosium inclamantium. Ille repen-  
 tino euentu percussus, vt primum se  
 colligit, Ecclesiam egressus, quò Po-  
 pulum à sententia deterreret, saeuum  
 induens Iudicem, ascenso tribunali,  
 vt Altaris ministerio, & pastoralis cu-  
 rae indignus videretur, Reos adduci,  
 palam torqueri, poenis mulctari iussit;  
 cum nihil proficeret, iam non saeuum  
 modò, sed etiam impurum Hominem  
 simulans, impudicas, ad se Mulieres ac-  
 cipi, ac publicè adduci iussit. At hæc  
 cum veluti in scena fictè exhiberi Po-  
 pulus non ignoraret, proindè que ar-  
 den-



Prom.  
16.

dentiori adhuc studio Ambrosium postularer, consilio Is destitutus, quod reliquum erat, nocte intempesta Ticinum fugam arripuit inscius, aut tum immemor *non esse hominis dirigere vias suas*. cum enim Ticinum se peruenisse existimauit, nocturno itinere circumductus, Mediolanum se reuersum animaduertit. tum verò incredibile admiratione, ac veluti stupore affectus, victum se fatetur, fasces deponit, Populi, imò Dei se subijcit voluntati. Populus simulationem adhuc veritus, ne rursus fugam arripiat, custodiam adhibet, dum Principis assensum præstolatur, quod, vt alibi indicauimus, lege cautum esset, ne Decuriones, vel publicis addicti ministerijs in Clerum adsciscerentur. Valentinianus certior de his factus magnoperè lætatus dicitur, sibi que gratulatus tales à se constitutos magistratus, qui Episcopatu digni haberentur. Probus quoque suum de Ambrosio prælagium impletum non sine gaudio admiratus est.

Verum Ambrosius, dum missi ad Principem nuncij cunctantur, rursus secum ponderis, quod subire cogebatur, grauitatem reputans, suos fallens Custodes, fuga sibi iterum consulit, in Leontij clarissimi Viri suburbano delitescens. vbi demum Augusti assensus auditus est, ipso prodente Leontio, Mediolanum perducitur, sacroque  
initia-



initiatuſ Baptiſmo ( nam Cathecumenus adhuc erat ) poſt octo non amplius dies ( nulla ſacrorum Canonum ratione habita, quibus non modò Cathecumenos, ſed ne Neophytos quidem Epiſcopos fieri cauebatur ) Epiſcopus conſecratur.

Interfuiffe Ambroſij ordinationi Valentinianum ex Gallia reducem, Theodoretus tradit. Paulinus autem addit, ab eo aurum omne, atque argentum Pauperibus, atque Eccleſiæ collatum. ipſa quoque prædia, ſeruato germanæ Sorori uſuſuſu, Eccleſiæ pari beneficentia donata. Baſilij porrò ad Ambroſium literæ ad ſequentem pertinent annum.

*Conciliū Va-  
lenti-  
niū in  
Gallia* Celebratum hoc anno habetur Valentinum apud Galliam Concilium, cuius quatuor non amplius extant Canones, & perbreuis epiſtola de Ordinationibus legitimè faciendis.

Hoc ipſo anno à Suedrorum in Pamphilia Eccleſia, binæ eodem argumento datæ literæ ad Epiphanium extant, quæ ante ipſius reſponſum, quod commentarij vicem obtinet, atque Ancoratum appellatur, leguntur.

*S. Mar-  
tini cū  
Valenti-  
niano  
cōgreſ-  
ſus.* Interim Martinus Turonenſium Epiſcopus recens creatus, Valentinum adit: Is, quod Epiſcopum, ea petiturum cognouiſſet, quæ præſtare Ipſe nollet, arceri iuſſit. Martinus  
tum

Venæ  
Forti  
l. 3.

Theod.  
l. 4. c. 1.  
Paul.  
lin. in  
Vita.

Ami  
l. 30  
Socr.  
4. c. 7

Chri.  
Ann.  
375.  
Seuer.  
l. 1. c. 6



*Venāt* tum ad consueta confugiens præsidia,  
*Fortu.* sex ipsos dies precibus, cibique, ac  
*l. 3.* potus abstinentia, Numen placare  
 continenter instituit. septimo demum  
 die, Angeli monitu, superbum iterum  
 Principem adit. patentibus ad eum  
 foribus, nullo obsistente, accedit.  
 Augustus Martinum conspicatus, in-  
 frendens, & cur se inscio, fuerit ad-  
 missus, exoptulans, nequaquam, ut  
 par erat, assurgere constituerat; cum,  
 mirum dictu, regium subsellium ignis  
 corripuit. folio igitur excutitur, &  
 sancto Viro, inuitus tum quidem, assur-  
 git; mox propiore veluti afflatus Nu-  
 mine, Martinum complexus, nec ex-  
 pectatis eius precibus, prius omnia  
 præstitit, quam rogaretur: colloquio  
 deindè, ac conuiuio sæpius adhibitus,  
 postremo reiectis, quæ offerebantur,  
 muneribus, abscessit.

*Amm* Post hæc Valentinianus in Quados *Valēti-*  
*l. 30.* exercitum ducens, dum maximè eo *niani*  
*Socr. l.* rum Legatos audit, inque eos vehe- *mors.*  
*4. c. 26* mentius exardescit, vi sanguinis erum-  
 pente extinguitur: ætatis anno LV.  
 Principatus XII. Gratianus Filius ante *Gra-*  
 septennium Augustus appellatus cum *tianus*  
 Patruo Imperium prosequitur: haud *Valēti-*  
 ita multo post, Cereali Auunculo ad- *nianus*  
 nitente, Valentinianus Gratiani Fra- *II. Im-*  
 ter tum quadrimus Augusti, & ipse, *per-*  
 nomen, atque insignia consequitur. *tor.*  
 quod factum Gratianus licet incon-

T sultus,



sultus, pro sua animi æquitate, ac lenitate, ratum habuit.

*Valēs* Valentiniano sublato, Valens plus  
*Mona* aliquid sibi licere deinceps ratus, ad  
*chos* pristinam Catholicorum vexationem  
*ad mi-* illud addere in animum induxit, ut  
*litiam* Monachos, eo ocio, veluti Reip. mi-  
*adigit* nus proficuos, ad militiam adigeret,  
 qua de re editam antea legem, Fratres  
 superstitē, vim habere neglexerat;  
 iam verò missis in Ægypti, ac Syriæ  
 solitudines militibus, cælestem in ter-  
 ris vitam agentes Viros innoxios, in-  
 dē abstrahi iussit, reuēntes fustibus  
 ad mortem cædi. quæ tum scelera à  
 militibus patrata, quæ vis adhibita,  
 quæ cædes editæ, facilius est, quam  
 stylo prosequi, mente concipere. so-  
 latus est miseros Basilii datis ad eos  
 literis, quas *Author hic recitat; quæ*  
*etiam occasione eiusdem ad Ambro-*  
*sium alteras addit.* mansisse autem  
 mutuam inter Basilium, atque Ambro-  
 sium literarum consuetudinem, expe-  
 rijseque Hunc Illius lucubrationes,  
 atque impetrasse, ex eo constat, quod  
 inter Ambrosij opera nonnulla legun-  
 tur ab eo latinis tradita, quæ Græcis  
 antea Basilii edidisset. cuiusmodi sunt  
 de Spiritu sancto quod extat cōmen-  
 tarium, & elegantissimæ in Exam-  
 ron Orationes. sed & illud Basilij in  
 Ambrosium pium officium interces-  
 sit, dum S. Dionysij Mediolanensis Epi-  
 scopi,

*Basilij*  
*ad*  
*Ambrosij*  
*litera.*  
*Mu-*  
*tuam in-*  
*ter v-*  
*trūque*  
*necef-*  
*sario.*

*Orosi.*  
*7. c. 33*  
*Hier. i*  
*chron.*  
*L. 63.*  
*de De-*  
*cur. C.*  
*Th. Ep.*  
*C. iust.*  
*L. 26.*

*Ep.*  
*Ver.*  
*coll.*

*Ad*  
*Chr.*  
*38.*

*Ep.*  
*Ork.*

*Chr.*  
*Ann.*  
*376.*



scopi , ac Martyris Corpus , qui pro Fide exul obierat in Cappadocia, procurante Aurelio Episcopo , è Cappadocia Mediolanum translatum est .

At non Basilius tantum Ambrosio , totique Ecclesiæ gratulatus eius electionem, Canone quamvis resistente, ratam habuit ; sed cum Occidentali- bus Oriëntales omnes catholicæ communionis Episcopi suo calculo comprobarent, testatur hoc idem ipse Am-

*Ambrosij electio ab omnibus probatur.*

*Ep. ad Ver-* brosius dum ait. *Ordinationem meam*  
*coll. 82* *Occidentales Episcopi iudicio , Ori-*  
*entales etiam exemplo probarunt.* porro quod de exemplo dicit , de Nectario intelligendum est, qui, & ipse, Catechumenus, & à Curia petitus Byzantij Episcopus constitutus est, ut suo mox loco dicturi sumus. quod idem, maximo Ecclesiæ bono ut iam tradidimus, in Hilario usu venerat . Verū enim uerò huiusmodi exemplo , ac licentia

*Adam. Christi 38 l.*

*Ep. ad Orth.* nonnullos postea fuisse abusos , Sircius Romanus Pontifex queritur, docetque, quod semel, aut iterum ( hoc est in Hilario, atque Ambrosio ) temporum ratio, aut necessitas suavit, nequaquam pro Lege habendum . *alia*

*nonnulla de Ambrosij Vita Author hic addit quam à se Sixti V. Pontificis iussu conscriptam , cumque ipsis Ambrosij operibus impressam restatur.*

*Ambrosij Vita ab Anthonio conscripta.*

*Chri. Ann.* Cum Valente quintum, Valentinianum Fratrem Consulatum inire,

376.

rosli.  
c. 33  
ier. i  
ron.  
63.  
De.  
r. C.  
c. 26.





nouo appetente anno, Gratianus uoluit. tūm Catholicæ Religionis studio ab Hæreticis Conuentus agi, dato ad Hesperium Prætorio Præfectum Rescripto vetuit. ad Episcopos quoque Treueris de Ecclesiasticis Iudicijs rescripsit. Quo tempore Hunni in Alanos irrupentes, ab His repulsi, Gothos trans Istrum inuadunt, ac sedibus pellunt. ex Horum Regibus Athanaricus in tutiora loca recipit sese. Alaricus, ac Fritigernes per Legatos Valentem orant, ut in Thraciam cum sua Gente migrare permittat, spondere se subditos futuros, ac Imperij fines à cæteris Barbaris tutaturos. hoc rogantibus permissio, adiunxere se His Nationes aliæ complures, quæ, Romanis licet inuitis, Istrum magno numero transiere. præ multitudine tum fame laborantes Thraciæ Oppida inuadere, prædas agere instituerunt.

*Lupicinus Romanus Dux.* Lupicinus Romanus Dux perfidia, atque auaritia infamis, impar viribus, fuga sibi Ipse consulens, Romanum exercitum, quem cunctando, intraque munitiones continendo, seruasset, Barbaris ad internecionem delendum obiecit. occisorum instructi armis Barbari, quorum pars magna inermis erat, maiora deinceps audent, & Romanum culmen iam spe improba subigere se posse confidunt. ea clade excitatus Valens Antiochia

Con-

L. 4 de  
Hæret.  
L. 23  
de Ep  
sc. &  
Cler.  
C. Th  
Amm  
l. 31.

C  
A  
3  
S  
4  
O  
7



Constantinopolim proficiscitur. Sub-  
bit cogitatio, quam æqua diuini iudi-  
cij lance, impius Imperator huiusmo-  
di subire discrimina compellatur. ec-  
ce tibi qui haud ita pridem Monachos  
ad militiam intentata morte impellit,  
hostes, per quos pereat, incautus ac-  
cerfit; vt appareat nihil aliud esse San-  
ctis Viris negocium faceßere, quam  
in se, ac Remp. hostes armare.

Chri. Tum Valens belli motibus territus,  
Ann. fera quamuis poenitentia, proscriptos  
377. Episcopos permultos, cæterosque,  
Socr. l. qui eius iussu exulabant, restituit. Igi-  
4. c. 28 tur Populus Alexandrinus, recepto Pe-  
Oros. l. tro, Lucium expellit. quamquam Pe-  
7. c. 33 trus iniussu Principis, Damasi tantum  
literis, atque authoritate fretus, Se-  
dem Episcopalem repetijt.

En tibi, Lector, nouum Pharaonem,  
non nisi potenti manu Dei cogente,  
Dei Populum dimittentem; quod si  
aquam ille vlticem sensit, Hic ignem  
impietatis vindicem expertus est. sed  
de eius nece mox dicendum.

Valēs  
alter  
Pha-  
rao.

Gratianus interim periclitati Orien-  
tali Imperio suppetias læurus, Rici-  
merem strenuum Ducem in Thraciam  
validis cum copijs mittit, qui Valentis  
Ducibus iunctus, cladem maximam  
Barbaris intulit, vicissimque à Barbaris  
recepit, donec aduentante Autumno  
ob novos in Gallia motus, in Occi-  
dentem à Gratiano reuocatur.



*Ana-* Rebaptizantes Donatistas edicto *Supra*  
*bapti-* haud ita pridem Valentinianus inhi- *ad an.*  
*smus.* buerat. dicto audientes cum non ef- *Christi*  
*iterū* sent, nouo ad Flavianum Vicarium, 373.  
*inhibi* Rescripto hoc anno Gratianum eos *L. 2. in*  
*sus.* compescere oportuit, quo etiam Ca- *sanct.*  
 tholicorum, quas inuaserant, Eccle- *bapt.*  
 sia vindicatae sunt. eodem edicto Ma- *reit.*  
 nichæorum quoque conuentus veti- *C. Th.*  
 ti, quos tum frequentasse Augustinum  
 etiam num adolescentem, eorum iam  
 quadriennio Auditorem ex eiusdem  
 scriptis constat, qui & illud testatur  
 piam Matrem de ipsius salute sollici-  
 tam multa egisse quò Filium Mani-  
 chæorum erroribus irremediè exsol-  
 ueret.

*Am-*  
*brosij*  
*libri de*  
*Virgi-*  
*nitate*  
*et de*  
*officijs.*

Hic ipse etiam annus est, quo S. Am-  
 brosius, ipso die natali S. Agnetis, ex-  
 ortus de Virginitate sermonem pro-  
 tulit illum ad tertium vsque librum,  
 cum vix biennio in Episcopatu egis-  
 set. ad Cleri quoque morum institu-  
 tionem haud ita multo post egregios  
 de Officijs commentarios scripsit. in  
 eo quoque multus fuit, vt prauas con-  
 suetudines aboleret, eam in primis,  
 qua Fideles complures, vt non sine  
 admiratione, haecenus ex Annalium  
 serie licuit cognoscere, vsque ad pro-  
 uectiorem ætatem Baptismum differ-  
 rent. Igitur quod se fecisse impensè  
 doluit, ab alijs ne in posterum fieret  
 etiam, atque etiam hortatus est. quod  
 ipsum



ipsum in Oriente præstitit Basilius, atque Gregorij ambo Nazianzenus, ac Nyssenus, ut ipsorum de Baptismo editæ Orationes testantur.

L. 24. Hoc item anno pro Clericorum de Episcopi immunitate Gratianus rescripsit.

sc. G. Quibus pariter Coss. miro Augustorum studio, Symmacho Ethnico homini, maximæ tamen authoritatis Senatori, non Romæ tantum, sed etiam Constantinopoli, insignis utrobique Statua collocata est; quo in tantam væcordiam elatus est, ut compescendus à Damaso, atque Ambrosio fuerit, à Theodosio verò etiam mulctandus, ut postea opportunius dicendum erit.

Symmacho  
dupl.  
Statua  
erecta.

Chri. Ann. 378. Naz. Orat. de Laud. Basil. Nyss. ep. ad Olimp. Soz. l. 3. c. 15. Nouo appetente anno ipsis Ianuarij Kal. Magnus Basilius moritur, cum nonum in Episcopatu annum ageret. funebri Eum laudatione exornarunt celeberrimi Patres Gregorius Nazian-

D. Basilij  
mors.

s. Ephrem  
mors.

zenus, cognomento Theologus Gregorius Nyssenus Ipsius Basilij Frater, ac S. Ephræm, qui vno superstes mense, Kalendis Februarij Basilium sequutus est, quod in ipsa laudatione precatus ex eo fuerat. illud de multis Sancti Viri laudibus prætermittendum non est. cum aliquando Episcopum illum eligere cuperent, & renuentem, per vim, vbi comicia habenda erant, adduxissent, Is periculum, quod existimabat, non alia ratione euadere se

supra  
ad an.  
Christi  
73.  
2. m.  
and.  
apt.  
it.  
Th.



*Paulinus* posse ratus, amentiam simulavit, in  
*s. Ephrem* ea tamdiu perseverans, quoad alius  
*rem di* electus est. cuius exemplum utinam  
*scipulus de* sequutus esset Paulinus inter Sancti  
*gener.* Viri Discipulos sacrarum literarum,  
 ac declamandi peritia clarus. Hic ingenio inquires, atque indomitus, quantumvis à Magistro postremis præsertim verbis monitus, ne ingenio nimis fidens sublimia sectaretur; præsidendi, docendique libidine, multa suo præcommentus instituto, à recto Fidei tramite aberravit.

*Gratianus* At Gratianus religiosissimus Imperator etiam tum Adolefcens aduersus  
*Ambrōsiū* Gothos exercitum paraturus, libellum de Fide ab Ambrosio expetiit;  
*de fide* Ambrosius eius pietate laudata, ita  
*consulit.* morem gessit, ut tres, qui extant, conscriptos à se eo argumento libros ad eum transmiserit, in quibus haud dubiam Ei à Deo Victoriā pollicitus est; & neutrum sanè frustratum constat; commisso etenim apud Argentariam prælio, cæsa sunt hostium quadraginta amplius millia, reliquis in ditionem receptis.

*Valēs* Per idem tempus Valens Constantinopoli cum esset, quod lentior in  
*Constātinopoli* expeditione videretur, Barbaris ad  
*li pro-* Urbis ferè mœnia excurrentibus, Populi probra, ac contumelias, & tantum non apertam seditionem expectatus est. Vrbe cum egrederetur, ferunt  
 Iſa.

*Amno*  
*l. 31.*  
*Theod.*  
*l. 4. c.*  
*29.*  
*Socr. l.*  
*4. c. 30.*  
*Soz. l.*  
*6. c. 39.*



Ifacium Monachum liberrimè mortem illi, atque exercitus amissionem prædixisse, ni sacros Ipse Antistites qui reliqui erant suis antea Ecclesijs restitueret. Porrò Melantiada Cæsarianam Villam cum peruenisset, de Valens etoria à Gratiano parata, deque ipsius Gratiani aduentu cum victore exercitu certior factus, per summam mentiam expectare Eum neglexit. Legationem quoque Fritigernis Christiani Gothorū Regis pacem honestis conditionibus petentis, pari temeritate contempnit. Deo itaque in apertum Eum exitium impellente, manus conserit, cum exercitu profligato fugam arripit vulneratus; delatusque in agrestem casam, igne ab hostibus supposito, incenditur. contigit ea clades quinto Idus Augusti, eiusdem Valentis L. ætatis anno, Imperij XV. tradit Nicephorus, illum ipsum Ifacium Monachum Constantinopoli agentem, ea ipsa hora, qua Tyrannus malè periit, diuino afflatum spiritu, palam dixisse, nunc Valens igne torretur, ingratum odorem nares sentiunt.

Valens  
tis te-  
meri-  
tas.

Valē-  
tis  
mors.

Nice-  
phor. l.  
II. c.  
50.

Valentis interitu statim vulgato, Catholici Episcopi Gratiani Sactione Ecclesiam quisque suam recipiunt. Hi prostratæ rei Orientalis statū restituere cum maximè optarent, Antiochiæ conspiratione vnanimi conuenere. te-

Conci-  
lium

T S statur

Amn  
31.  
beod  
4.6.  
9.  
ocr. h.  
.c.30  
ox. h.  
.c.39



*Antio-* statur id in primis Nyssenus qui inter- *Nyss.*  
*chenū* fuisse se scribit. hic primò inueteratum *ad O.*  
 Schisma tollendum fuit, quo ea Eccle- *lymp.*  
 sia ab vsque Iuliani temporibus labo- *Socr. l.*  
 rabat, Meletio, ac Paulino Catholicis *5. c. 5.*  
 Episcopis, præter Euzoium Arrianum *Soz. l.*  
 eam administrantibus. Arrianorum *7. c. 3.*  
 nulla iam ratio, eius sectæ Patrono *Theod.*  
 extincto, habebatur. inter Catholi- *l. 5. c. 3.*  
 cos res ita transacta est, vt, qui alteri  
 superstes esset, solus præfideret, nullo  
 in demortui locum subrogando: ad  
 quod præstandum sex præcipuos eius  
 Ecclesiæ Presbyteros, qui ei gradui  
 propiores viderentur, iureiurâdo ade-  
 gerunt. ad hæc recta Fidei regula est  
 recognita; cum Legationes ad Eccle-  
 sias inuisendas decretæ: electi ad hoc  
 opus præstantissimi tum Viri Grego- *Nyss.*  
 rius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, *de Pe-*  
 Meletius Antiochenus, atque Eu- *rogr.*  
 sebius Samosatenus: quorum postre- *Hieron.*  
 mus cum Dolicam Oppidum, acces- *sol.*  
 sisset, tegula ab Arriana Muliere è su-  
 periore loco deiecta, extinctus est;  
 moriturus autem omnes, qui aderant  
 enixe rogatos iure iurando adegit, ne  
 de Muliere supplicium sumerēt. Con- *Naz.*  
 stat porrò Nyssenum in Arabiam, Na- *Orat.*  
 zianzenum Constantinopolim missum. *ad Ar-*  
 quæ Vrbs, Arrianis cum esset refertis- *rian.*  
 sima, maximum Ei negocium exhi- *Ep. in*  
 buit, eò vsque, vt lapidibus quoque *Vita*  
 impius Eum Populus impetierit. *suâ.*

*Episco-*  
*pi ca-*  
*des à*  
*Mulie-*  
*re Ar-*  
*riana.*

Per



*Hier.* Per idem tempus Hieronymus Hierosolymis morabatur, quò, relicta Syria solitudine, concesserat, non tam, ut hebraicam ibidem linguam, quod præstitit, addisceret, quam ut calumnias eorum vitaret qui Eum, quemadmodum, & Paulinum Antiochenum, Sabellianum appellabant, & non alia, utrumque ex causa, ipsi Catholici, qui à Meletio stabant, tanquam hæreticum auersabantur, nisi quia cum Damaso, alijsque Occidentalibus satius ducerent sacrosanctam Triadem Personis distinguere, quam, græco vocabulo, *Hypostasisibus*, quo nomine, non tam subsistentia quam substantia significari videbatur. Cæterum Hieronymus à Paulino Presbyter consecratus, à Ioanne Hierosolymæ Episcopo adduci nulla vi potuit, ut illi Ecclesiæ adscriberetur. ex quo argumentum desumi potest, neque Damasti id ab eo impetrasse; proindè hallucinari eos, qui Hieronymum Presbyterum Cardinalem à Damaso creatum affirmant. post hæc Byzantium cõcessit Nazianzenum auditurus, dein Romam ad Damasum, rursus Hierosolymam, ut suo quæque tempore referemus.

*Hieronymus solitudinem relinquit.*

*Hieronymus à Cardinalis.*

*Chri. Ann. 379. Socr. l. 5. c. 2.* Syrmij cum esset Gratianus, Comitij ibi habitis, cum Olibrio Constantinensem dicit Ausonium Gallum Præceptorem suum, cuius egregia extat gratiarum actio coram ipso Augusto,

*Ausonius Gallus Cõsul.*

yff.  
 O.  
 np.  
 cr. l.  
 c. 5.  
 l.  
 c. 3.  
 eod.  
 c. 3.  
  
 p.  
 p.  
 r.  
 170.  
  
 2.  
 st.  
 Ar.  
 .  
 n.  
 .





*Theo-  
dosius  
à Gra-  
tiano  
Colle-  
ga assu-  
mitur.*

& amplissimo Senatu ab Eo habita: *Aur. Vict. in Theod.*  
 mox Theodosium fortissimum Ducem  
 Collegam assumit, Orientis Augu-  
 stum pro Valente appellatum, sum-  
 mo Romani Imperij, ac Christianæ  
 Reipub. bono: quo, omnium cum  
 admiratione, Vaticinium illud imple-  
 tum est, de Valentis Successore supra  
 à nobis relatum. Hispanum Eum fuis-  
 se, ac Traiani non conciuem modò,  
 sed etiam Gentilem omnes tradunt,  
 præter Zosimum, qui Caucæ apud  
 Galleciam natum scribit laudatur ma-  
 ximè ea ex electione Gratianus, qua  
 non tam sui, quam Reip. rationem  
 habuerit, partitus, & antea cum Fra-  
 tre Orbis Imperium.

*Sup.  
ad an.  
Christi  
373.  
Zosim  
l. 4.*

*Gra-  
tiani,  
& The-  
odosij  
victo-  
ria.  
Gra-  
tiani  
pietas.*

His Syrmij peractis, Gratianus in  
 Galliam reuertitur, Prouinciã ab Ale-  
 mannis, qui eam iterum infestam ha-  
 bebant, tutaturus. Theodosius in  
 Thraciam proficiscitur, haud ita mul-  
 tò post insigni ab utroque parte vi-  
 ctoria, Romanum Imperium in pristi-  
 nam dignitatem restitutum est.

*Zosim  
l. 4.*

Constat hoc tempore Gratianum  
 humanissimas ad Ambrosium literas  
 dedisse, quibus Eum, post libros quos  
 diximus, de Fide, de conscribendo,  
 ad seque mittendo alio de Spiritu san-  
 cto Commentario summa cum pieta-  
 te, ac Religione obsecrat. quod qui-  
 dem Ambrosium non nisi biennio ela-  
 pso præstitisse constat.

*Apud  
Ambrosij  
Ep. 25*

Ad



*Hier.* Ad hunc annum spectat Hieronymi *Hiero.*  
*ad Pã.* Constantinopolim ad Gregorium ac- *nymus*  
*mach.* cessus, vt sacras ex eo literas addisce- *Grego-*  
ret; quo item anno Gregorius idem ad *rium*  
*Naz. i* amplissimæ Urbis Episcopatum voca- *Magi-*  
*Max.* tus, Maximi tamen Cynici Philosophi *strum*  
*de* factione inferior tum fuit; mox vicif- *adit.*  
*vita* sim Maximus Populi tumultu excita-  
*sua.* to, Vrbe pulsus, Theodosium adiit,  
quod sequenti anno contigit.

*Chri.* Octuagesimo sæculi anno, inchoati  
*Ann.* Imperij secundo, Theodosius ab Aco-  
380. lio Thessalonicæ Episcopo baptiza-  
*Socr. l.* tur, qua in Vrbe, post victoriam, an-  
5. c. 6. tequam Constantinopolim accede-  
ret, morbo correptus, subsistere co-  
actus fuerat. tum vero auream illam  
*L. 2. de* sanctionem edidit, qua, Collegarum *Theo-*  
*fid. Ca.* etiam autoritate, Arrianorū Hæresim *dosij*  
*th. C.* iugulauit, vesanos illos dementesque *sanctio*  
*Th.* appellans. catholicam Fidem, since- *de fide.*  
ramque de sacrosancta Trinitate do-  
ctrinam à Petro Apostolo traditam,  
per Successores ad Damasum vsque,  
propagatam custodiri iussit. quæ lex  
Thessalonicæ lata legitur tertio Kal.  
Martias. sequenti verò mense nouo ad  
*L. 4. de* Albucianum rescripto, toto Quadra-  
*quæst.* gesimalis ieiunij tempore, crimina-  
*C. Th.* lium quæstionum cognitionem cessare  
iussit.

*Naz. i* Antequam Thessalonica discede-  
*carm.* ret, Maximus Episcopatu, quem in-  
*de vi-* uaserat, pulsus, suam, ac publicam,  
ex



446 Epit. Annal. Eccles.

ex populi seditione, iniuriam expo-  
stulans, ad eum venit, à quo tamen  
reiectus, Alexandriam cum venisset,  
haud ita multò post in Apollinaris Hæ-  
resim lapsus est.

ta sua  
in  
Maxi-  
mum.  
Theod  
l. 5. c. 8

Porro lege quam diximus, Con-  
stantinopoli promulgata, perculsi Ar-  
riani, non propterea animos, atque  
audaciam posuere. Demophilus sanè,  
qui post Eudoxium Episcopus Arria-  
nis præerat, iussus à Principe Eccle-  
siam Gregorio cedere, Vrbe excessit;  
furentis tamen Populi pertinacia fa-  
ctum est, vt Is non nisi post Augusti  
aduentum Ipsoque deducente, ea po-  
tiretur. neque hoc pius Imperator sa-  
tis duxit, sed, quò Gregorij electio fir-  
mior esset, ac sanctior, vocati sunt  
Constantinopolim Episcopi Orientis,  
qui non nisi sequenti anno conuenere.

Ad hunc annum spectat Petri Ale-  
xandrini Episcopi obitus, cui Timo-  
theus eiusdem Frater sublegitur. quo  
tempore Syrmij quoque Antistite  
apud Illiricum vita functo, Ambro-  
sius illuc profectus est, vt Catholicum  
Vrbi Episcopum daret, quod ægrè  
demùm perfecit, Iustina Augusta Va-  
lentiniani Senioris olim Coniuge, Ar-  
riana foemina, suis magnoperè patro-  
cinante.

Vrsici-  
ni schi-  
smate

Vrsicini schisma sublatum videri Chri-  
potuit, Ipso apud Coloniam Agrippi-  
nam relegato alijsque aliò, ex Illius 381.

Assc-



Affectis, amandatis; cum tamen, non *uini-*  
fine Ecclesiæ detrimento, Præsidum *scit.*  
negligentia, ab His, qui Vrsicino stu-  
debant, adhuc illiciti haberentur Con-  
uentus, opus fuit Occidentalis Impe-  
rij Augustus nouo Rescripto, prauo-  
rum Hominum audaciam compesce-  
re, simul ipsorum Iudicium, ac Præsi-  
dum segnitiam perstringere.

*L. 6. de* Eodem ferè tempore Theodosius,  
*Hæret* Collegarum etiam nomine noua edi-  
*C. Th.* ta Sanctione, Hæreticos omnes, de Sa-  
cro sancta Trinitate, aliena à Catholi-  
ca Ecclesia sentientes damnauit, ab  
Iisque Conuentus quoscumque agi-  
tari vetuit.

*Mar-* Huius item anni initio Athanaricus *Atha-*  
*cellin.* Gothorum Rex, quo cum Theodo- *naricè*  
*Chrō.* sius foedus pepigerat, Constantino- *mors.*  
*Am m* polim venit honorificè exceptus; cum  
*l. 27.* verò mense nondum elapso decessis-  
*Zosim* set, regia pompa Theodosij iussu, mi-  
*l. 4.* rantibus etiam Barbaris, qui Regem  
sequuti fuerant, elatus est; quod sanè *Persæ*  
*Oros. l.* ad Gentem demerendam valuit pluri *Theo-*  
*7. c. 34* mum. Persæ quoque Theodosij virtu- *d. sū*  
tum fama toto iam terrarum Orbe, *colūt.*  
vulgata, Legatos ad Eum cum mune-  
ribus pacem orantes miserunt.

*Soer. l.* Indicta superiore anno Synodus, *Synod.*  
*5. c. 8.* mense Maio Constantinopoli cele *Cōstā-*  
brata est. interfuere Episcopi CL. *tinopo-*  
gendi causam præcipuam fuisse dixi-  
mus, vt Gregorium, cui Regiæ Urbis *li.*

Epi-



Episcopatus fuerat iam antea delatus, celebriori pompa consecrarent. ad hæc cum religiosissimus Imperator ardentius optaret Macedonianos ad Catholicam de Fide sententiam pertrahere, post assertam Gregorio Sedom, illud in primis dogma in disquisitionem vocatum; stabilitumque est Fidei Symbolum, quod postea Occidentalis Ecclesia inter Missarum solemnities decantari iussit, additis nempe ad Nicænum, quæ de Spiritu sancto Macedonia hæresis addenda suaserat.

Cæterum quod Alexandrinus Episcopus Maximum Cynicum ad se confugientem Constantinopolitanum Episcopum consecrare ausus fuisset, in hac Synodo cautum, quod & antea Nicæni Patres statuerant, ne Alexandrinus extra Ægyptum, alijue extra suæ Metropolis fines episcopalia munia exercerent. Hanc porro Synodum Damasi autoritate indictam, ab Eoque confirmatam Oecumenicam fuisse constat. tradunt nonnulli in ea illud quoque decretum, ut Constanti-

*Meletius obiit.*

*Author demonstrat.*

Antequam Constantinopoli Patres Nissini decederent, Meletius Antiochenus ibi-

*dem Meletius*

*Socr. l.*

*5. c. 2.*

*Soz. l.*

*7. c. 8.*

*verum addititium huiusmodi Canonem fuisse, aut certe à Damaso nequam suo calculo firmatum, pluribus*



Soz. l. dem vitæ diem clausit extremū, pom-  
7. c. 10 paque maxima elatus, Antiochiam  
Naz. i postea translatus est. transactum an-  
carm. tea fuerat, quod alibi meminimus, ne  
de vi. Successor Ei daretur superstiti Pauli-  
ta sua. no. idemque hoc ipso tempore Gre-  
gorius, alijque pacis amatores suade-  
bant; sed Flauiani Antiocheni Pre-  
sbyteri ambitione, Orientalium su-  
perbia, atque inuidia factum, vt Pau-  
lini, cui, ab Occidentalibus instituto,  
Occidentales tantum, atque Ægy-  
ptij studebant, ratio nulla haberetur,  
quemadmodum, nec iurisiurandi initæ  
antea pactioni interpositi. igitur Fla-  
uiantum Meletio subrogant, Cuius ele. *Fla-*  
ctio à Synodo quoque Constantino. *uiantus*  
poli nondum peracta, quantumuis  
reclamante Gregorio, communi cal-  
culo approbata est. itaque Gregorius  
rei indignitate motus Concilio ex-  
cessit. his vix dum peractis Byzantium  
accessit Timotheus cum alijs com-  
pluribus Ægypti Episcopis, cui etiam  
Macedones accessere. Hi omnes Pau-  
lini patrociniū cum suscepissent  
(qua in re idem cum Gregorio sen-  
tiebant) Flauiano vt Episcopatum  
abrogarent, Gregorij quoque ele-  
ctionem Iphis absentibus, atque in-  
consultis peractam oppugnare insti-  
tuerunt, quo ipso orientalibus, quos  
oderant, consentiebant; Hi namque  
Gregorij electionis pertæsi, quod suū

Fla-



Flauiano suffragium negasset, & se-  
 cessionem, quam diximus fecisset, non  
 inuiti eius abdicationi subscribebant.  
 has inter veluti Symplegades depre-  
 hensus Gregorius; vt ne Ipse discor- *Naz. i*  
 diarum causa videri posset, quasi al- *carm.*  
*Nazi-* ter Ionas, pro communi salute se de- *de vi-*  
*anze-* uouens, Episcopatu æquo animo ces- *ta sua*  
*nus E-* dit. Gregorij modestiam, atque ani- *Or O-*  
*pisco-* mum rebus humanis celsiorem ex- *rat. 3.*  
*patu* osculatus Theodosius, Ipso adniten- *de pa-*  
*cedit.* te, pacisque studio ægrè tandem Gre- *ce.*  
 gory abdicationem ratâ habuit. Rem  
 indignam nonnulli etiam ex Episco-  
 pis senioribus, qui Gregorio ætate,  
 ac moribus accedebant, detestati re-  
 cesserunt. tum qui Byzantijs perstite- *Soz. l.*  
*Nesta-* rant rem planè admirandam perfecere- *7. c. 8.*  
*rius* runt. Gregorio namque Theologo *et seqq*  
*subro-* præstantissimo, Monacho religiosissi-  
*gatur.* mo, rei denique Ecclesiasticæ peritissi-  
 mo, Nectarium Tarsensem Virum  
 sanè nobilem, verùm è Curia peti-  
 tum, ac planè profanum, & non tantum  
 rerum sacrarum, sed profanæ quoque  
 literaturæ imperitum, vno verbo non-  
 dum Christianum, nam Cathecume- *L. 3. de*  
 nus adhuc erat subrogarunt. *fid. Ca*  
*Theo-* Porro Theodosius totus cum esset *th.*  
*dosij le* in catholica Fide propaganda, plures *L. 7. et*  
*ges sa-* hoc anno eo argumento leges tulit. *8. de*  
*luta-* Per idem tempus, Gratiano annuen- *Hare.*  
*res.* te, celebratum est Aquileiense Con- *L. 1. de*  
*Conci-* cilium. conuenere autem Episcopi *Apost.*  
*lium* duo *C. Th.*



duo tantum, ac triginta, Episcoporum *Aqui-*  
*Legati quinque. horum nonnulli di-*  
*leise.*  
*gno hic ab Authore elogio honestan-*  
*tur. Synodi acta (quædam extent) sum-*  
*matim tantum recensentur, quibus, &*  
*Synodalis ad Augustos epistola subne-*  
*fitur.*

Theod  
l. 5. c. 9  
Soz. l.  
7. c. 11  
Hier.  
ep. 16.  
C. 27.

Interim Damasus certior de his fa-  
ctus, quæ Constantinopoli gesta erant,  
generalis Romæ Concilij celebrandi  
consilium init, & ne Orientales acce-  
dere detrectarent, Theodosij auxilium  
imporat; qui haud grauatè Damaso,  
quem enixè colebat morem gessit,  
datis ad eos literis, quibus, vt Ro-  
mam accederent, significabat. sed  
non ante sequentem annum, accersiti  
Episcopi conuenere.

Sener.  
l. 2.

Nunc seruata temporum ratione, *Priscil-*  
de exorta in Hispania Priscilliani Hæ- *liani*  
resi dicendum videtur. hæc à Gno- *hæresis*  
sticis in Ægypto ortum duxit: Marcus  
eam quidam Memphi natus, ea Pro-  
vincia extorris factus, in Galliam pri-  
mùm, tum in Hispaniam inuexit, vbi  
Mulierculis quibusdam veneno propi-  
nato, Priscillianum quoque opibus, at-  
que ingenio pollentem infecit; tum  
vulgari veluti lue, Episcopi quidam  
tacti sunt. Hos Cæsarangustæ coacta  
Synodus absentes damnauit. ex Sy-  
nodi actis, quorum, qua extant fra-  
gmenta hic Author recitat, hæresis  
ipsius dogmata licet cognoscere.

At



452 *Epit. Annal. Eccles.*

At priscillianus, cum Instantio, & Saluiano eadem pice inquinatis, cumque foeminarum grege Romam profectus est. verum à Damaso, ne in conspectum quidem admissus, Mediolanum petit, vbi haud secius ab Ambrosio reiectus, Gratianum adiit; ab eo (Macedoniano officiorum Magistro nefariè patrocinate) Rescriptum extorsit, quo Hispaniam repetere, permissu potuit; ad quam reuersus, cum iam impune posset debacchari, Prouinciam vniuersam pudendis sceleribus contaminauit.

*Hier. adu. Pelag. Aug. de error. Pri scill. Leo. ep. 93.*

*Conciliū Romanum, & Constantinopolitani.* Coactis iam Romæ Patribus Concilium, à Damaso indictum, celebratum est. cum Episcopis Hieronymus quoque, haud dubiè accitu Damasi, adfuit. ex Orientalibus præter Paulinum, ac Epiphanium, plerique omnes Constantinopolim accedentes Theodosio persuadent, è re christiana non esse, vt Ipsi vacuas Ecclesias tamdiu relinquunt, Hæreticis expulsis professoribus quodammodo excubantibus; fatius proindè esse si Ipsi, quò iam conuenerant, Concilium celebrent, & ad Damasum Legatos mittant. acquiescète eorum dictis Augusto, Gregorium sibi vocandum statuunt, vt eius autoritate, quem haud ægrè in suam Ipsorum sententiam se perducturos sperarent, firmiora essent, & Damaso facilius probarentur, quæ Ipsi decre-

*Chri. Anna. 382. Hier. ep. 27. & 61. & in Zac. c. 12. Theod. l. 5. c. 9.*

*A. ep.*







tis horis celebrandis, canendisue:  
tum illud, vt in fine Psalmi cuiusque  
adderetur GLORIA PATRI, &c.

*Hiero-* Post hac Author Hieronymi res ge-  
*nymi,* stas toto, quo Roma fuit, triennio, edi-  
*atque* tosque eo tempore commentarios perse-  
*Chryso* quitur. tum ad Chrysostomum acce-  
*stomi* dit, cuius dicendi vim maximam ex  
*res ge-* editis ab Eo lucubrationibus demon-  
*strat.*

*Delu-* Inter editas hoc anno ab Augg. L. 8. de  
*bra ad* Sanctiones, ea legitur, qua Ethnico- Pagã.  
*Populi* rum Delubra, in quæ Populus nego- C. Th.  
*nego-* ciorum causa confluere consueuerat,  
*cia.* ad eadem negocia peragenda, non  
*Mani-* tamen ad Sacra obeunda, aperiri per-  
*cheo-* missum est.

*rũ Cõ-* Alia quoque in Manichæos lata lex L. 9. de  
*uentus* est, quorum clandestini Conuentus Hære.  
*inhibi-* ita inhibiti, vt in eos diligentius in-  
*ti.* quiri ad cuiusuis delationem per Iudi-  
ces, iubeatur.

*Validi* Illud etiam sapienter edictum, ne,  
*mendi* qui validi essent corpore, ac viribus,  
*care* per segnitiam mendicarent.

*vetiti.* Funestus Gratiano annus accedit, Chri.  
*Maxi-* quo Maximus Eius apud Britanniam Ann.  
*mus* Dux, siue Is Britannus genere, siue, vt 383.  
*Imp.* alij tradunt, Hispanus, ab exercitu Aur.  
*accla-* imperator acclamatus, copias in Gal- Vid. 8  
*matu* liam transmisit, Treueri Imperij Sede Grat.  
collata. Hic infensas Gratiano Legio- Zofim.  
nes uactus ita sibi conciliauit, vt Il- l. 4.  
lum ad summam rerum omnium de- Socr. l.

spe- 5.6.11

Gal  
frid  
de r  
bus  
Bri  
An-  
thor  
noti  
ad  
Ma  
rol.  
Ma  
Vuel  
ser.  
frag  
itine



sperationem adigeret. consilij itaque inops Gratianus Hunnos, atque Alanos in Maximum vocat, quorum pars Galliam terrestribus copijs, maritimis alia Britanniam inuaderet: Maximus interim deuictos Armoricos sedibus expulit, ac suorum illuc militum Britannorum Colonias deduxit. tum missa ad Cornubiæ Regem Legatione, ex eo Virgines ad illorum expetijt conubia: nihil visum est nouo Augusto denegandum, igitur pro colonorum numero, vndecim Virginum millia Londini coacta, nauigijs imposita in Armoricos soluunt: Harum Princeps, ac veluti Dux Vrsula fuit, quæ Dionoci Regis Filia Cōnano fuerat desponsa; Is Britannorum, qui sub Maximo merebant Dux erat. at Virgines vi tempestatis in germanicum litus delatæ, obuios habuere Melgam Pictorum, ac Gaunum Hunnorum Duces, qui pro Gratiano aduersus Maximum mare infestum habebant igitur libidine, atque sæuitia, incesti Hostium foeminas adorti, obsistentes acrius, & mortem subire potius, quam virginei pudoris dispendium ferre, Vrsula in primis suadente pugnacissimè paratas, Barbari aliò properantes, blanditijs Virgines demulcere se posse spe omni abiecta, furore perciti, hostiliter ad vnam cædunt.

At Gratianus veluti sax properè ex-  
 Gra-  
 tianus

Gau-  
 frid.  
 de re-  
 bus  
 Brit.  
 Au-  
 thor in  
 notis  
 ad  
 Marty  
 rol.  
 Marc.  
 Vuel-  
 ser. in  
 fragm  
 itiner.

Vrsula  
 & so-  
 ciarū  
 Histo-  
 ria.



*imum  
Ponti-  
ficatū  
depo-  
nit.*

tinguenda, illustrius splenduit moriturus. abdicato etenim summo Pontificatu, quem, more maiorum, assumptum, nomine tenus, & sine christianæ pietatis dispendio gesserat; de rebus ad Gentilitiam superstitionem pertinentibus statuendi potestatem in Urbis Præfectum transtulit: Urbanam eum Præfecturâ Gracco tribuit Christianæ Religionis studiosissimo, qui in deiiciendis Idolis egregiam operam nauavit: Sacrorum quoque sumptus, ac Mystrarum stipendia lege sustulit; quò Gentilium in Vrbe res mirum in modum collapsæ sunt.

*Zosim.  
l. 4.  
Symm.  
l. 5. ep.  
11.  
Hier.  
ep. 7.  
Prud.  
adu.  
Sym.  
l. 1.*

Cæterum, Maximi potentia ad summum aucta, Gratianus proditum se, iam à suis sentiens, fugam per Alpes in Pannoniâ meditans, trecentis non amplius equitibus assumptis, Lugdunum peruenit; hîc ponte Rhodanum transmissurus, ab Andragatio Maximi

*Gratia  
ni ca-  
des.*

Duce interceptus, occiditur VIII. kal. Septembris Principatus anno XVI. ætatis fere XXX. *optimi Principis laudes, ex Ambrosio, ac alijs, hîc apud Paneg. Authorem habes.* Tyrannus tum Legatos ad Theodosium mittit, rogatque Collegam se admittere æquo animo patiatur. Is temporis rationem ducens, spe hominem diutius lactauit.

*Am-  
brosius  
Valen-*

Porro Valentinianus Adolescentulus, Maximi potentia territus, Ambrosium ad Eum legauit, qui pacem

hone-

*33.  
Soc  
5. c  
Soz  
7. c  
Ma  
coll  
chr  
Me  
ph  
Ma  
Sw  
19.  
lij.  
Soc  
Soz  
ibid  
L  
de  
ret  
Ib.*



Ep. 33. honestis conditionibus componeret, ac Tyrannum ab Italię inuasionē arceret; quæ tum quidem Ambrosius, non sine omnium admiratione, impetrauit.

Socr. l. 1. Gratiano adhuc superstite Theodosius Arcadium Filium natu maiorem (nam Honorius sequenti anno natus est) Augustum dixit, tum ad Gratianum scribit enixè rogans, ut inouo Augusto insignem pietate, ac doctrina Virum Præceptorem quærat: Is ad Damasum ea de re perscribit, qui Arsenium Romanæ Ecclesiæ Diaconum ad id muneris delectum, Constantino-polim mittit. ferunt Theodosium cum aliquando ad Arsenium docentem accessisset, vidissetque Eum stantem, Arcadium Auditorem sedentem, indignatum, Augusti insignia Filio detraxisse, ac in posterum Arsenium docentem sedere, Arcadium stare, adeoque detecto capite præcepisse.

Socr. et Soz. ibid. Hoc eodem anno iterum Synodus Constantinopoli celebratur, ad quam vocati sunt omnium ferè, quæ tum vigeant, Hæresum præcipui defensores, iussique doctrinæ suæ libellum, quisque exhibere. quibus ab ipso Augusto receptis, hi tantum, qui Sacrosanctam Trinitatem consubstantialem fatebantur, admissi, reliqui dilaceratis; multi tum resipuere: alij conuentus agere in posterum veriti, & Episcopos, ac presbyteros ordinare.

*Arcadius Augustus à Patre dicitur Arsenius Arcadij Præceptor.*



Constat etiam per idem tempus Phot. coactam fuisse Synodum Sydæ aduer- *in Bi-*  
sus Massalianos, cui Amphilocheus *bl.*  
cum Episcopis XXV. interfuit.

*Augu-* Augustinus interim annum agens  
*stinus* XXIX. Romam profectus est, Retho-  
*Roma.* ricam docturus, quod antea Cartha-  
gine iam præstiterat.

Quo tempore fames ingens Urbem,  
atque adeo Italiam vniuersam afflicta-  
uit. cuius causam ad ablata, vt dixi-  
mus, Sacrificulis à Gratiano alimen-  
ta, cum Symmachus referret, ab Am-  
brosio non sine irrisione refellitur.

*Sym-* Præfecturam Symmachus Urbanam  
*ma-* obtinuerat, cum, opportunam nactus  
*chus* occasionem, perturbatum Fratris cæ-  
*Præfe-* de, Maximi tyrannide Valentinianum  
*ctus* Puerum, totius Senatus nomine de-  
*Urbis.* restituendis profanis Sacris, publicif-  
que ad ea sumptibus, ac Vestalium  
Virginum, aliorumque sacerdotum  
stipendijs, interpellat. rem haud du-  
biè perfecisset, nisi Ambrosius haud

*Dama-* Hoc eodem anno Pōtificatus XVI.  
*si mors* Damasus moritur, de quo multa hic  
apud Authorem habes.

*Augu-* At Augustinus Symmachi missu Me-  
*stinus* diolanum profectus est, Rethoricam  
*Medio* Artem (quod Romæ præstare confi-  
*lani.* lium fuit) ea in Vrbe docturus. bono  
eius fato id factum Idem ipse testatur.  
Ambrosij enim eloquentia, ac morum  
sua-

*Sym.*  
*ad Va*  
*lentin.*  
*Ambr.*  
*ep. 31.*  
*Chri.*  
*Ann.*  
384.

*Ambr*  
*ep. 30.*  
*Prud. i*  
*Sym.*

*Aug.*  
*Conf. l.*  
5. & 6.

*Na*  
*ad*  
*sta*  
*L.*  
*de*  
*ret*

*Ch*  
*An*  
38  
*As*  
*Co*  
6.

*Hic*  
*apo*  
*ads*  
*Ru*  
*6.*  
27.



suauitate principio illectus, tum vitæ  
sanctitate, ac rationum pondere mo-  
tus, abdicatis Manichæorum delirijs,  
quibus hæctenus imbutus fuerat, ac  
veluti fascinatus, catholicam Fidem,  
maximo Ecclesiæ bono, amplexus est:  
sed hæc non nisi sequenti anno acci-  
derunt.

*Naz.* Quod ad res spectat Orientis, con-  
*ad Ne* stat hoc tempore Gregorium, quam-  
*star.* quam in secessu degentem, & Nectā-  
*L. 13.* rium Pastoralis curæ indormiscentem,  
*de Ha.* datis ad Eū literis excitasse, & Theo-  
*ret.* dosium Ipsum officij admonuisse. hinc  
nouæ in Hæreticos, atque Iudæos  
editæ Sanctiones.

*Chri.* Nouus Consul cum Arcadio dici-  
*Ann.* tur Bauto, qui Magistratum Mediola-  
*385.* ni cum iniret, ab Augustino panegy-  
*Aug.* rica Oratione ex more laudatur.

*Conf. l.* Auctus hoc anno Theodosius est  
*6. c. 6.* altero Filio Honorio ex Placilla, vel <sup>Hono-</sup>  
potius sequenti, si Claudiano fides <sup>rius na</sup>  
habenda sit, qui Consulem creatum <sup>scitur.</sup>  
tradit eodem, quo natus est, anno.  
*Donaturque tibi,* inquit, *qui te produ-*  
*xerat annus.*

*Hier.* Porro, cum Damasi obitu Romana  
*apol.* Sedes mense amplius vacasset, Siri- <sup>Siri-</sup>  
*adm.* cius, non sine Vrsicini tumultu, sub <sup>citæ</sup>  
*Ruff.* rogatur pridie Idus Ianuarij. cum <sup>Papa.</sup>  
*6. ep.* Hieronymus post triennij in Vrbe  
*27.* moram, Hierosolymam repetit. quò  
haud ita multò post, Paula quoque



cum Eustochio Filia nauigauit.

*Priscil-  
lianus  
& socij  
suppli-  
cio affe-  
cti.*

Interim aduersus Priscillianum, ac  
Socios Concilium Burdegalæ Aquitaniæ Vrbe cogitur. Homo nefarius, à Concilio ad Maximum prouocauit consilio nequaquam salutari. ab Illo enim Treuri auditus, capitali supplicio vna cum Socijs affectus est; quo etiam tempore Urbica ex eadem disciplina Foemina, quæ Burdegalæ subsisterat ob impietatis pertinaciam, per Populi seditionem lapidibus extincta est. tradit Seuerus B. Martinum, Treuiris cum esset, enixè Maximum orasse, vt sanguine infoelicium abstineret, cū mali exempli rem esse intelligeret. *sc* Ecclesia causas Iudex seculi cognosceret. cæterum Priscilliani supplicio, hæresis non solum extincta non est, sed potius propagata, quique eum uentem sectati fuerant, mortuum vt Martyrem postea coluerunt.

Per idem tempus Theodosius, contra quam Maximus sibi arrogasset, peculiari ad Ægypti Præfectum Rescripto, vetuit Ecclesiasticas causas ad sæculares Iudices deferri. alijs quoque, eisdem Consulibus, editis Legibus, Aruspicinam iterum proscripsit, Fidicinas, ac Psaltrias, Ciuitatum pestes, sustulit.

Obijt hoc eodem anno Placilla Augusta insignis pietate Foemina, quam funebri Oratione laudauit Gregorius

*Prosp.  
chron.  
Seuer.  
l. 2.**L. 3. de  
Episc.  
Iud.  
L. 9. de  
Pagan  
L. 10.  
de sca-  
nic. C.  
Th.**Theod  
l. 5. 6.  
18.*Ch  
Ann  
386L. 4  
fid.  
th.  
Th.  
Ruf  
2. c.Bib  
San



gorius Nyssenus, cuius etiam egregias virtutes persequitur Theodoretus.

Chri.  
Ann.  
386.

Novus annus Honorij, atque Euodij consulatu fastis adscriptus reperitur. fuit autem Euodius inter Maximi Clientes Galliarum Præfectura insignis, cui anno superiore Priscilliani causa demandata fuerat; ex quo haud dubie constat hoc tempore pacis foedera inter Maximum, ac duos reliquos Augustos intercessisse.

Huius ipsius anni exordio à Siricio Papa Concilium Romæ coactum est Episcoporum LXXX. extat Synodalis epistola data VIII. Idus Ianuarij, in qua Concilij decreta recitantur.

L. 4. de Eodem porrò mense Valentinianus, Valenti-  
fid. Ca- Iustina Matre Arriana Foemina haud tinia-  
th. C. dubie adnitente, pro Arrianis rescri- nus pro  
Th. psit. tradit Ruffinus Beneuolo Scri- Arria-  
Ruff. l. niorum Magistro huiusmodi legis di- nis re-  
2. c. 16 ctandæ curam demandatam, at illum, scribit.

quod Fdei catholicæ studiosissimus esset, indignabundum renuisse, atque adeò Cingulum, dignitatis insigne, ante pedes Augusti, ac Matris abie-  
Bibl. cisse. laudatur quoque Beneuoli faci-  
Sanct. nus à S. Gaudencio Brixiano Episco- s. Gau-  
po, qui Philastro successit, cuius sub detius  
disciplina egregie institutus fuerat. Episco-  
de quo illud memoratu dignum tra- pus Bri-  
ditur; cum in Orientem, pietatis cau- xia-  
sa, peregrinationem suscepisset, mor- nus.  
tuo interim Philastrio, omnium suf-



fragijs illi suffectum. quod cum Ipse audisset, redire in Patriam recusasse, ab eo igitur proposito dimoueri alia ratione cum nequiret, intentato ab Orientalibus Episcopis Anathemate, redire coactum.

*Turba  
Medio  
lani.*

Sed ad Valentiniani Edictum reuertamur. eo promulgato maxime turbæ in Au-  
Mediolani excitatæ sunt, Auxentio, *xent.*  
qui & Mercurinus dictus est. post Se- *& ep.*  
norem Auxentium Episcopo ab Ar- *32.*  
rianis electo, Ecclesiam quæ Arriano-  
rum antea fuerat, reposcente, Ambro-  
sio contra viribus omnibus obniten-  
te. ausus quoque Is est, Ambrosium  
ad publicam de Fide disputationem,  
Augusto Arbitro nequaquam detrectan-  
te, prouocare. Ambrosius indignum  
ratus Fidei iudicium laicis committe-  
re, non Auxentium modo, sed Ipsum  
quoque Valentinianum ea de re ob-  
iurgare non est veritus.

Interim Treuiris coacta Synodus *Senar.*  
est, Itacio Hispano Episcopo, qui Pri- *Dial.*  
scilliani accusator fuerat, postulante. *l. 3.*  
Is magnum famæ detrimentum passus, *& in*  
etiam apud Catholicos, fuerat, atque *vit. S.*  
adeò à Theognosto Episcopo excom- *Mart.*  
municatione percussus, B. Martino in *c. 23.*  
primis exosus, quod pessimo exem-  
plo, eam accusationem apud laicos in-  
stituisset. Maximi proindè gratia fre-  
tus, suæ factionis Antistites Synodo  
adesse curauit, à quibus, vt par erat  
cre-

*Hi  
ep.  
&  
Pr  
i O  
Ite  
Ap  
Ru*



credere, ea in Hæreticos animaduer-  
sione impollutus, atque innoxius pro-  
nunciatus est.

Horum Episcoporum communio-  
nem Martinus diutius cum vitasset, de  
sua tandem constantia decessit, sed sta-  
tim resipiscens, maximum indè mæro-  
rem contraxit; cum præsertim vim  
sibi ea ex re aduersus Energumenos  
ademptam persensisset. Hoc tempore  
illud accidit satis peruulgatum. cum  
Martinus, à Maximo conuiuio exce-  
ptus, eo iubente, primus poculum ac-  
cepisset, postquam ebibit, poculum  
non Principi, qui id honoris causa  
exoptabat, sed suo Presbytero por-  
rexit. Augusta quoque, Foemina reli-  
giosissima, summo sibi honori duxit,  
cum à Sancto Viro, vt eum prandio  
exciperet, impetrauit, quo cum ta-  
men accumbere non est ausa, sed ci-  
bos antea à se paratos mensæ appo-  
suit, aquam abluendis manibus fudit,  
vinum miscuit, fragmenta denique di-  
ligentius collecta regijs epulis ante-  
posuit.

s. Mar-  
tinus  
conui-  
uio à  
Maxi-  
mo ex-  
cipitur

Hier. Sed ad Hieronymum redeamus. Is  
ep. 65. superiore anno Hierosolymam sum-  
& ma hyeme cum reuertisset, Alexan-  
Proem drium indè perrexit, Didymum Cæ-  
i Oseã. cum insignem doctrina Virum auditu-  
Item rus, qui tamen Origeni plus nimio ad-  
Apol. i dictus, eius quoque erroribus imbu-  
Ruff. tus erat. Eo haud diù præceptore vsus

Hiero-  
nymus  
Didy-  
mum  
audit.



*Hieronymus habre- am lin- guam addi- scit.*

*Pere- grinos excipit Nisse- nus qua ra- tione pere- grina- tiones dam- net.*

Hieronymus, qui Orbem penè uni- uersum Damasi nomine docuerat, lu- stratis Ægypti Monasterijs, Palesti- nam repetit apud Bethlehem mansu- rus, ubi Barrabanum Iudæum Hebrai- cæ linguæ interpretē magno, ut Ipse ait precio, ac labore audiuit, noctur- num Præceptorem, quod Is Iudæorū offensionem pertimesceret. tunc Pau- li epistolas interpretari aggressus est, eo ordine, quo ipse in præfatione epistolæ ad Ephesios, docet. totus autem licet esset in hæbraica lingua addiscenda, quam antea in Syriæ so- litudine prægustauerat, in suscipiendis tamen peregrinis, Hierosolymam, pie- tatis causa uenientibus, eis que fouen- dis intentissimus erat; quorum gra- tia quod supererat patrimonium, mis- so in Dalmatiam Paulino Fratre, di- straxit. hic nequaquam dissimulan- dum est extare Nysseni epistolam, quæ eo in argumento versatur, ut pe- regrinationes huiusmodi maximè im- probet, quo factum est, ut multi eam pro germano tanti Viri opere non agnoscant, contra nostri temporis Hagiomachi obuijs manibus ample- ctantur. Nos quicquid sit de Authore, & Nysseni epistolam esse non infi- ciantes, illud monitum Lectorem volumus, eam ad Monachorum Præ- fectum, siue Abbatem scriptam, Mo- nachorum, ac Mulierum peregrina-

*Basil. ad Mo- tio-*



nach. tiones improbare, à quibus obiri cum  
lapsū. laude vix possint. qua in sententia Ba-  
Hier. filius quoque Nysseni Frater, ac Hie-  
ep. 13. ronymus Ipse, fuisse certum est.

Ex Ad hunc eundem annum spectant  
Cod. Valentiniani de instaurando, atque

Vatic. amplificando Pauli Apostoli Templo  
L. 1. de Via Ostiensi, ac Theodosij aduersus

his, qui Hæreticorum Conuentus, & de non s. Chry  
Relig. distrahendis Sanctorum Martyrum Re- sosto-

cōtēd. liquijs, Rescripta. quo tempore Chry- mus  
L. vlt. sostomus Sacerdotio initiatus tradi- Presby

de sep. tur, & Cyrillus Hierosolymitanus Epi- ter or-

viol. scopus excessit, Cui Ioannes non in- dina-

G. Th. regræ Fidei Antistes subrogatur, qui tur.

Socr. l. Valente Principe pro Arrianis, ac Ma-

6. c. 3. cedonianis stetit.

Chri. Iustina interim Augusta infenso du- Populi  
Ann. dum in Ambrosium animo, cum oc- in Am

387. cultè Illum perdere ex sententia non in Am  
Vit. S. succederet, vi pèllere adorta est. ex brosiū

Ambr. torto itaque à Valentiniaao Filio Re- amor.

Ambr. scripto, quo Is Ecclesiam, ac Sacra-

in Au- vasa Auxentio tradere iubebatur, mili-

xent. tari Eum manu intra ipsam Ecclesiam

obsidet. tantus fuit Populi in Ambro-

sium amor, vt multis Illum, ipsamque

Ecclesiam diebus, ac noctibus, excu-

bijis militari more agitatis, tutati sint.

mirum sanè videri potest Mediolanen-

sem Populum, contempto Imperato-

re, Episcopo studuisse, sed magis adhuc

mirum ipsos milites in Ambrosium im-

missos, Ipsius tutelam suscepisse.

V S De



*Geruasij, & Prothasij reliquia inuenta.* De impijs Valentiniani Edictis, at- *Tom. 1*  
 que illata Ambrosio vi certior Maxi- *ep. Ro.*  
 mus factus, datis in id literis, paterna *Pont.*  
 Eum quadam feueritate increpuit. *Theod.*  
 Sub idem tempus Ambrosius inuen- *l. 5. c.*  
 ta, Dei monitu, incorrupta Geruasij, *10.*  
 ac Prothasij Martyrum Corpora, so- *Ambr.*  
 lemni pompa transtulit, decentius ad- *ep. 85.*  
 feruanda; ad illorum contactum mira- *Aug.*  
 cula complura sunt edita, quorum- *Conf.*  
 non Ambrosius modò, verum etiam *l. 9. c. 7*  
 Augustinus, cum Populo frequentis- *vit. 5.*  
 simo, Testis oculatus fuit. Sed ecce ti- *Ambr.*  
 bi qui modò Ambrosium hostiliter in-  
 sectati Valentinianus, ac Mater, Re-  
 gum Tyrannum appellabant, supplici-  
 ter adire, Deo adigente, coguntur. Ma-  
 ximus Tyrannus Alpes iam iam trans-  
 mittere, Italiam petere instructis co-  
 pijs nunciatur: nullus ad Eum demul-  
 cendum Ambrosio potior habetur. in  
 Eo igitur publicæ incolumitatis spes  
 omnis reposita cum videretur, Lega-  
 tus ad Tyrannum mittitur, qui Valen-  
 tiniani, ac Matris diriolem Tyranni-  
 dem expertus fuerat, quique humano  
 more ratiocinari si voluisset, Maximi  
 dominatum magis è re sua esse statu-  
 set. Igitur Ambrosius Maximi animum  
 exploraturus, proficiscitur; profectio-  
 nis tamen causam Valentiniani pieta-  
 tem, fraternas reliquias repetentis, pru-  
 denter obtendit; ventum tamen ad fu-  
 turi belli consilia exploranda: cumque

*Am-  
 brosi  
 secūda  
 ad Ma-  
 ximū  
 legatio*

Maxi-



Maximus Tyrannidem velare, iustasque belli causas prætexere niteretur, Ambrosius illum Sacerdotali libertate ad pacem hortari, ab iniuria absterre-

*Ambr.*  
*ep. 27.* re, incassum tamen, conatus est; vlciscente haud dubiè Deo Iustinæ impietatem Filij leuitatem. sanè Ambrosius ea epistola, qua Valentinianum de rebus à se cum Maximo transactis certiore reddidit, disertè monuit, ne Illi fideret pacis inuolucris bellum obtegenti. imprudens autem Adolefcens oblatae Pacis spe illectus, ad eam fir-

*Zosim.*  
*l. 4.* mius stabiliendâ, Legatum alium Dominum mittit, qui ita deceptus est, ut honoris, ac præsidij specie Tyranni exercitus partem secum in Italiam duxerit, & non longe subsequenter illum cum reliquis copijs non persenserit prius, quam Aquileiam aduentasse compertum est. turbatus improviso

eius aduentu Valentinianus tum de Maximum Ambrosij monita intellexit. spe itaque destitutus omni, cum Matre fugam Tessalonicam arripuit, indeque ad Theodosium Legatos, de Maximi iniuria exoptulaturus mittit: quo tempore Maximus quoque ad Eundem Theodosium legationem destinat; & Maximi quidem Legatos Theodosius nec admisit, nec repulit; ad Valentinianum autem cuius Sororem Gallam sibi matrimonio iunxerat, Tessalonicam se contulit, vbi de instruendo aduersus



Maximum bello deliberatum est. ac postquam Barbarorum copijs Italiae pars magna vexata est, Maximus omnium sibi animos conciliare studuit. itaque de Fide à Siricio Papa per literas interrogatus, religiosè admodum respondit, catholicam se Religionem profiteri, cum interim, & Gentilibus adempta per Gratianum Sacra restituerit, & pro Iudæis quoque rescripserit.

*Antio-* Bellum igitur aduersus Maximum *ehēses* paraturus Theodosius, nouum Orientalibus tributum indixit. id Antiochena *Placilla* statione aegrè ferentes, Placillae Augustae, tuae de qua, ante biennium excefferat, *Staurbā.* tuam, loco motam, cum ignominia raptarunt. Qua re Theodosius commotus vehementius, excidium Vrbi comminatus, Iudices cum militibus Antiochiam misit, supplicium de seditiosis Ciuibus sumpturos. Flauiani tamen Episcopi legatione placatus, Vrbi pepercit, rem gestam fusè Chrysostomus narrat. quæ cum ante aduentum Theodosij in Italiam acciderint, erroris eos coarguunt, qui putarunt, legem ab eo, Ambrosij suasu postea latam, de producendis ad triginta post sententiam dies supplicijs, Antiochensibus saluti fuisse.

Cæterum Theodosius quanti ponderis esset susceptum bellum probè sentiens, diuinum sibi in primis Numen conciliare studuit. itaque præter  
alia

*ep. Ro. Pont. tom. I. pag. 48. Ambr ep. 29. Socr. l. 5. c. 14 Chri. Ann. 388. Suid. verb. Placilla. The- mist. orat. 4.*

*s. 2. de Det c. 2. Ru 2. 6. Eu vi PE L. 15 16 H L. hi su lig te C. Z l.*



alia pietatis opera, & vota summa cum Religione nūcupata, Legatos in Ægyptum mittit ad Sanctos ibidem magno numero Anachoretas in Eremis latentes, quos pro se precibus decertantes, præcipuos speravit propugnatores. quorum Sanctissimus Ioannes haud dubiam Ei victoriam sponndit.

s. Aug. de Civ. Dei. l. 5. c. 26. Ruff. l. 2. c. 32

Ferunt quoque accersitum ab Eo Senuphium, accedere quidem Constantinopolim renuisse, misisse nihilominus suum ipsius superhumeralis, ac baculum, quæ veluti inuicti roboris arma, pium Principem magna fiducia ipso in prælio gestasse ferunt.

Euagr. vit. ss. PP. c. 1

L. 14. Illud quoque interim tanquam maximum belli præsidium non neglexit, ut hæreses, earumque Sectatores omni ope abolere contenderet. constat enim hoc anno multas hac de re ab eo sanctiones fuisse editas.

sup. relig. cōtend. C. Th. Zosim. l. 4.

His ita constitutis, Theodosius in hostem proficiscitur, quem in Pannonia obuium ingenti prælio fudit, atque Aquileiam repetere coegit. exin Marcellinum Maximi Fratrem, alio cum exercitu apud Petauionem agentem non secus deuicit. tum, nihil cunctandum ratus, Maximum Ipsum Aquileiæ obsedit, qui haud ita multò post à suis militibus vinctus Theodosio traditur, ab iisque, quòd Theodosium ad parcendum propensum aspexissent, trucidatur. Andragasius Claf-

Theodosij leges, & Duplex Victoria.

Maximum obsidetur

Theodosio traditur.

sis



sis Præfectus suorum conscius facinororum, audita Maximi nece, ne, & Ipse, Victori dederetur, fluctibus se Ipsum merfit. sequuta dein' est Maximi Filij etiam tum pueri, paulò ante Augusti à Patre appellati, cædes, quem Arbogastes, cum Matre in Gallijs relictum, confecit.

*Theo-  
dosij  
clemē-  
tia.*

Theodosius non tam Victoria, quam Clementia clarus, duobus tantum, aut tribus Tyranni Lanistis, vt ait Pacatus, ad belli piaculū cæsis, reliquos omnes materno veluti sinu complexus est. nullius bona publicata, nullius libertas mulctata, nullius dignitas imminuta.

Ambrosius quoque ad Eum. *Inimici Ambrosij Filias reuocasti, nutriendas apud ep. 29. affinem dedisti: Matri Hostis tui misisti de arario tuo sumptus.*

*Theo-  
dosij  
ma-  
gnani-  
mitas,  
ac re-  
ligio.*

porrò suasu, qui Aquileiæ tum erat, Theodosium victoria ita temperanter usum constat Ipsius Ambrosij testimonio. illud quoque Theodosij virtutem commendauit maximè, quo summum laudis, ac gloriæ consequutus est, cum Occidentale ita à se partum Imperium Valentiniano restituit, quem & in recta Fide, à qua, impia Matre suadente, descauerat, paternè instituit. Mansit hoc anno Theodosius Aquileiæ, ac Mediolani; sequenti, Romam profectus est.

*s. Aug.  
de Ciu.  
Dei. l.  
5. c. 26  
Suid.  
verbo  
Valēti-  
nianus*

*Byzā.  
ij 18.*

Antequam memorabili victoria Theodosius potiretur, Constantino-  
poli

*Ambr.  
ep. 29.*



*Socr. l. 1.* poli Arriani, quorum è re erat, vt Ipse *multus*  
*5. c. 13* potius vinceretur, falso de Maximi Vi- *ab Ar-*  
ctoria nuncio euulgato, tumultu, ex *rianis.*  
eo, maximo excitato, Nectarij Episco-  
pi domum incendunt, aliaque multa,  
vt in seditione, per vim patrant. mox,  
vero accepto nuncio, exterriti, Arca-  
dium supplices adeunt, orantque eni-  
xè, vti ad Patrem pro ipforum venia  
perscribat. Morem Arcadius gessit,  
Theodosius, Filij precibus, noxam Se-  
ditiosis condonauit.

*Aug. Conf. l. 9. c. 6* Hoc item anno, Paschali tempore, *s. Au-*  
gusti-  
nus, Ambrosio ministrante, sacro Ba- *nus ba*  
ptismate initiatus est; quo suscepto, in *ptiza-*  
Africam reuersurus, Romam profe- *tur.*  
ctus est, ibique tandiù perstitit, dum  
se mari committere tuto potuit. Ro-

*Aug. Re- tract. l. 1. c. 7* mæ dum esset, multa, vt Ipse testa- *Multa*  
tur, lucubrauit de Ecclesiæ, deque *scribit.*  
Manichæorum moribus libros duos,  
de libero Arbitrio tres, quos tamen in  
Africa perfecit. Dialogum item de  
Anima, cum antea in Mediolani seces-  
su adhuc Cathecumenus multa alia  
perscripsisset, pietatem maximè redo-  
lencia, in quibus soliloquia, & de Vita  
beata Commentarium.

*Vita s. Am- bro.* Theodosio interim Mediolani de- *Am-*  
gente, Ambrosij apud Eum authori- *brosijli*  
tas, & dicendi libertas magnoperè *bertas.*  
commendatur. acceperat Augustus  
quadam in Vrbe, Episcopo annuen-



te, Iudæorum Synagogam incensam; igitur Episcopi sumptu instaurari Rescripto præcepit. id Ambrosius indignū Christiano Principe ratus, Theodosium, ut Rescriptum reuocaret, priuatim primū admonuit; cunctantem, publica in concione, Ipso audiente, increpuit; quem tamen prudēter egisse quisque dixerit, cum constet idem postea imperasse Gregoriū Magnum. Is enim Panormitano Episcopo, qui Synagogam Iudæorum vi abreptam in Ecclesiam consecrasset, pretium ut persolueret, imperauit. sed & aliam Synagogam, in quam violenter Crux cum imagine Dei Genitricis illata, fuisset, his ablatis, reddi iussit. denique sæpius rescripsit, nullum Iudæis negocium facessendum à Christianis, sed eos benignitate potius alliciendos ad Fidem, quàm inuitos pertrahendos. sed hæc obiter de Gregorio dicta sint, quem æquē, ac Ambrosium, diuino Spiritu, qui ubi vult spirat, ductum existimabimus.

*Ambrosij,  
ac Gregorij  
cōtrariū iudiciū.*

*Greg.  
l. 7. ep.  
58.*

*Idem  
l. 1. ep.  
34. &  
l. 11.  
ep. 15.  
l. 12.  
ep. 18.*

*Augustinus  
Romæ  
discedit.  
Martii  
amissit.*

Romæ Augustinus cum hyemasset, ad Ostia descendit Tyberina, in Africam inde soluturus, piæ tamen Martis ægritudo subsistere Eū aliquandiū coegit; Ea nono ægritudinis die vita functa, ac debitis ei pietatis officijs persolutis, Augustinus cum Socijs Alipio, atque Euodio in Africam pergit: Carthaginem primò, dein in Patriam

Tha-



Thagastem delatus, triennio Ruri mo- *In Pa-*  
ratus est, ubi librum de Magistro scri- *triã de*  
psit, duos verò contra Manichæos de *feritur.*  
Genesi: libros quoque de Musica an-  
teà inchoatos absoluit.

Sub Augustini in Africam aduen-  
tum, mense Maij Gregorius cogno- *Grego-*  
mento Theologus, Nazianzenus vulgò *rij Na-*  
appellatus vitæ diem clausit extre- *zian-*  
mum, *de cuius vita ratione, rebusque zeni*

*Hier. gestis multa hic Author addit apud mors.*  
*de scr. eum legenda.*

*Eccl.* Sequenti porrò mense Theodosius *Theo-*  
*Soz. l.* cum Honorio Filio Romam accessit, *dofius*  
*7. c. 14* Communicatoque cum Valentiniano *Roma,*  
*Pacat.* honore gloriosius triumphavit. cum *Eius*  
*in Pa-* Romanis quoque de abolendo Idolo- *zelus.*  
*neg.* rum cultu transegit, seruatifque infi-  
*Prud.* gnioris tantum artificij, ad Urbis orna-  
*lib. 1.* tum, illorum Statuis, reliquas con-  
*adu.* fringi curavit.

*Sym.* Symmachus tùm, qui Maximum *Sym-*  
*Prosp.* Panegyrica Oratione ornauerat, tem *macus*  
*ĩ chrõ.* pori seruiens, Theodosium quoque *pell-*  
pro ea, qua pollebat, eloquentia col- *itur,*  
laudavit. verùm quod de Ara Victo-  
riæ, deque alijs ad profanum cultum  
pertinentibus apud religiosum Prin-  
cipem mentionem facere veritus non  
fuerit, Eius odium incurrit, ac cente-  
fimo ab Vrbe lapide exulare coactus *Resti-*  
est. quamquam haud ita multò post *tuatur.*  
Principis indulgentia est restitutus.

Paulino qui cum Flauiano, vt sæ-  
pius



pius meminimus, Antiochenam Ecclesiam bipartitò regebat, morte sublato, Euagrius sublegitur. igitur cum discordiarum nullus finis futurus videretur; Siricius (Theodosio ea super re frustra interpellato) Synodum Campanæ celebrandum indicit verùm cum adesse Flavianus renuisset, alijs nonnullis eo in Conuentu decretis, Euagrii, ac Flavianii causa Theophilo Alexandrino Episcopo demandatur; fed ne hac quidem ratione vetus discordia sublata est.

*Templū Serapidis eversū.* Septembris appetentibus Kalendis, Theodosius Vrbe discedens, Medianum reuertitur. quo tempore, eo iubente, celeberrimum Serapidis in Ægypto Fanum, aliaque ibidem ignobiliora passim Delubra, euerfa sunt: quod, & alijs quoque in Prouincijs vsu venit.

*Theffalonicē sium à Theodosio lades* Immensam interim Theodosij gloriam Theffalonicensium clades decorauit; mox expiatio illustriorem reddidit. res est omnium ore, ac scriptis vulgarissima. occiderant Theffalonicenses, per seditionē, Militarem Præfectum re ad Theodosium perlata, qui haud ita multò antea Byzantijs Ciuibus, Arcadio deprecante, Antiochenis, Flauiano, pepercerat, veritus, ne nimia indulgentia in perniciem cederet Reip. seditiosum Populum Circenses Ludos frequentissimè spectantem,

*Theod. l. 5. c.*

23.

*Socr. l.*

5. c. 15

*Soz. l.*

7. c. 15

*Ambr.**ep. 79.**Mar-**cell.**chron.**Chri.**Ann.*

390.

*Ruff. l.*

2. c. 18

*Vit. s.**Ambr**Aug.**deCiu.**Dei l.*

5. c. 25

*Soz. l.*

7. c. 24



Theod. tem, immixtis inopinatò Legionibus,  
 l. 5. c. sine delectu trucidavit. cæsa sunt Ci-  
 17. uium, vt perhibent, septem ferè mil-  
 Ambr. lia, in quibus haud dubiè multi inno-  
 ep. 18. xii. insuetâ Principis sæuitiam omnes  
 & in detestati. Ambrosius memorabili exē. Am-  
 fur. plo vindicauit; accedentem etenim ad brosi  
 Theod. Ecclesiam Augustum, aditu, mira liber- liber-  
 tate inhibuit; at is tolerantia, ac pie- tas.  
 tate, nescio an admirabilius, paruit, Theo-  
 pœnamque publicè ab Ambrosio in dosij  
 dictam percoluit, octo ipsos menses tolerã.  
 Templis, ac Sacris exclusus, illustrior tia.  
 pœnitentia post lapsum, quam ante  
 illum innocentia. Legem quoque, eo-  
 dem Ambrosio suadente, promulga-  
 uit, qua cavit, ne capitales sententiæ  
 Reorum supplicio ante dies XXX. ra-  
 tæ haberentur. extat ea Lex tum in  
 Theodosij, tum Iustiniani Codice. sed  
 non est facilè affirmare, vnde error ir-  
 repserit, vt multos ante annos, Gratia-  
 no adhuc superstite, lata appareat. ad-  
 dit Theodoretus post latam demum  
 eod. Legem, ab Ambrosio in Templum ad-  
 tit. C. missum, humi se pronum abiecisse, illu-  
 Iust. dque ex Psalmo multis cum lachrymis  
 Psal. recitasse, *Adhasit pavimento anima*  
 108. *mea, viuifica me secundum verbum*  
*tuum.*

Hier. Constat hoc eodem tempore Sy- dus Me  
 ad Pã- nodum Mediolani coactam aduersus diola-  
 mach. Iouinianum, ac Sectatores, qui, Mo- ni.  
 ep. 50. nachi cum essent Coenobiorum trans- Ioui-  
 fugæ, nianus



fugæ, Epicuri de grege, impurissimas & ad-  
 leges euulgauerant. damnati itaque à uers.  
 Siricio Papa: Mediolani quoque eorū *Ion.*  
 causa discussa est, quò & Legati Apo. *Ambr.*  
 stolici, & ex Gallia quoque Episcopi *ep. 81.*  
 se contulerant. scripsit postea aduer- *Siric.*  
 sus Iululentum tum sermone, tum mo- *ep. 2.*  
 ribus Hæresiarchâ Hieronymus; cum- *L. 1. de*  
 que Theodosij lege huiusmodi Mona- *Mo-*  
 chi in solitudines fuissent amandati, lo- *nach.*  
 uinianus tamen extra Urbis moenia *L. 53.*  
 consistere, & suburbanos Conuentus *de Ha-*  
 agere non est veritus; proinde longo *ret. C.*  
 post tempore Honorius ad Episcopo- *Th.*  
 rum querelam, seruili affectum poena  
 in Insulam Eum Illyrici littoris relega-  
 uit. Iouiniani propè Urbem mora diu-  
 turnior, flagitiosissimos inuexit mores,  
 cumque his infandum Sodomitarum  
 scelus quod lata hoc eodem anno le-  
 ge, ac Traiani in foro publicata, Theo-  
 dosius igni vindicandum decreuit.

*Theo-  
 dosij in  
 Sodo-  
 mitas  
 lex.*

*L. 6. ad  
 leg. Iul  
 de A-  
 dult.*

*Perse  
 Am-  
 brosij  
 fama  
 Medio  
 lanum  
 ueniūt*

Per idem tempus, ut, post traditam *Vit. S.*  
 Theodosij poenitentiam, narrat Pau- *Ambr.*  
 linus, duo potentissimi, ac sapientif-  
 simi Persarum Satrapæ, Ambrosij fa-  
 ma permoti de Ipsius sapientia, ac  
 probitate periculum facturi, Mediola-  
 num cum venissent, multis propositis  
 quæstionibus, ab hora diei tertiæ,  
 vsque ad tertiam noctis cum Eo, per  
 Interpretem, disputarunt. tum, ut non  
 aliam planè ob causam se aduenisse  
 testarentur; Theodosio obiter saluta-  
 to,



to, Romam petiere, Probi clarissimi Anicij  
Viri pariter sapientiam, ac magnifi- Probi  
centiam exploraturi. Hic est Ille Ani- fama,  
cius Probus Ambrosij promotor ad  
Remp. capessendam, longa, vt tra-  
dit Marcellinus, Prætorij Præfecturæ  
prorogatione lassatus.

Socr. l. Hoc item anno Constantinopoli. Diaco-  
5. c. 19 tanæ Ecclesiæ Diaconus nobili cum ni, &  
Soz. l. Foemina, quæ Diaconisse munere, Diaco-  
7. c. 16 fungebatur, diutius consueuerat, ab nissa  
Eaque ditatus fuerat; igitur à Presby- crimē.

L. 27. Episcopo gradu motus est. tum Lex  
de E. à Theodosio promulgata, ne Diaco-  
pisc. nissæ munere Mulier ante sexagesimū  
C. Th. ætatis annum fungeretur, neuè Vi-  
dua quouis titulo Ecclesiæ, eiusue  
Ministris bona relinqueret. sed de hoc  
pluribus actum tomo primo; cum de  
Sacramentali Confessione disputatio  
instituta est. At quoniam dum vltor  
sceleris Theodosius insurgit, diuinæ Theo-  
Legis terminos transgreditur, Eccle- dosius,  
siasticæ libertatis vindice Ambrosio Am-  
intercedente, Idem Augustus, noua brofio  
edita Sanctione, priorem abrogat ea interce-  
parte, qua Ecclesia, eiusque Ministri, dente,  
à Viduis aliquid percipere vetaban- legē ab-  
tur, quaque Ecclesiastica libertas di- rogas.  
spendium passa videbatur.

Laudatur quoque à Victore, atque

Am-



*Cönu-* Ambrosio Theodosij lex illa, qua, ignis *Aur.*  
*bia in-* pœna proposita, inter consobrinos *Viñ in*  
*ter cö-* connubia vetuit, quæ quidem non ex- *Theod*  
*sobri-* tat, extat tamen per similes, quæ Con- *Amb.*  
*nos ve-* stantio tribuitur. quo loco illud ani- *ep. 66.*  
*tita.* maduertendum, Constantiũ, ac Theo- *L. 2. de*  
 dosium aduersus Gentiles huiusmodi *incest.*  
 tulisse Legem, nam Christiani Religio- *nupt.*  
 nis instinctu, ab ipso Christiani nomi- *C. Th.*  
 nis initio, ab hisce connubijs abstinue-  
 re. sed & Gentilibus, non nisi recen-  
 tiore iure, hoc apud Romanos permis-  
 sum, Plutarchus Author est. *Plut.*

*Galla* Sub idem tempus moritur Constan- *qq.*  
*Augu-* tinopoli Galla Augusta, vnica relicta *Rom.*  
*sta mo-* prole Galla Placidia, de qua postea *quast.*  
*ritur.* sermo erit. *6.*

Symmachus, quem Theodosij iussu *Chri.*  
 Vrbe pulsum, haud diũ exulasse dixi- *Ann.*  
 mus, nouo appetente anno Consula- *391.*  
 tum iniit Collega Tatiano. cæterum,  
*Leges* ne tanto Patrono profana superstitione *Socr. l.*  
*aduer-* sese attolleret, nouis statim Rescriptis *5. c. 14*  
*fas Ido* ad Albinum Præfectum Prætorio, tum *Prud.*  
*lola-* ad Euagrium Ægypti Augustalem De- *l. 1. a-*  
*tras.* lubra adiri, Victimis cedi, Sacra peragi *du. Sy-*  
 quoquo modo Theodosius vetuit. in- *mm.*  
 super si qui Christianam Religionem *L. 10.*  
 amplexati, eam postea abdicassent, & *Ep. 11.*  
 à nemine hæredes scribi, & Ipsos in- *de Pa-*  
 testabiles esse voluit; exacturus, vt ait, *gan. C.*  
*eos procul, nisi pœna visum fuisset esse* *Th.*  
*maioris, versari inter homines, & ho-* *L. 4. de*  
*minum carere suffragijs, & ne vide-* *Apost.*  
 retur *eodẽ C.*



retur Augustus huiusmodi Legibus errantem dumtaxat plebem voluisse

L. 5. de coercere, noua edita Sanctione, in Apost. sublimiore quoque statu collocatos, C. Th. eisdem subijci pronunciauit.

Socr. l. 5. c. 19 His à Theodosio peractis, Constantinopolim reuertitur, vbi Diuino Christi Præcurfiori Regio sumptu Templo Byzã- extructo, sacrum eius Caput in eo de- centissimè collocauit.

L. 20. Porrò quod Ecclesiam Orientalem de Hæ. omni Hæreticorum labe purgatam cuperet; iterum eorum Conuentus Th. inhibuit.

Inter ipsos interim Nouatianos schisma coortum est, de quo pluribus hic Author.

In vit. Hoc eodem anno, qui tertius ab e 2 & Augustini in Africam reditu numera- S. Au- seqq. batur, Ipse à Valerio Hipponensi Epi- gusti- Aug. scopo Presbyter consecratus est, æra- nus ep. 109 tis annum agens XXXVII. id Eij inuito Presby- et 225 contigit, Populo illum nec opinan- ter or- tem rapiente, quod tum temporis haud dina- rarò vsu venisse compertum est. at Ille tur. eo in gradu constitutus, Monasterium instituit quodam in Horto, saluberri- mis eam in rem legibus editis, quod postea cum Clericis quoque, ac fa- cratis Deo Virginibus egit.

Chri. Theodosio Constantinopolim pro- Arbo- Ann. fecto, Valentinianus tanto præsidio- gastis 392. destitutus, haud diù superstes fuit. Ar- potètia Zosim bogastes Francus, Eius Ducum facile priu- l. 4.



ceps, gratia apud milites plurimum *Ambr.*  
 pollebat, adeò, vt Adolescentem Prin- *in fun.*  
 cipem contemnere, iussa negligere, *Valēt.*  
 contraria insuper iubere non dubita- *Hier.*  
 ret. Valentinianus hominis arrogan- *ep. 3.*  
 tiam concoquere cum nequiret, Re- *Ruff. l.*  
 gio folio conscenso, literas Arbogasti *2. c. 31*  
 porrigit, quibus Ei militare imperium  
 abrogat; his ab Eo perlectis, maiori,  
 quã hactenus, fiducia, *nec dedisti Im-*  
*perium*, ait, *nec auferre poteris*; tum  
 discerptum libellum proiecit: deni-  
 que militum gratia fultus, Valentinia-  
 num intra cubiculum confecit: vt que  
 facti inuidiam declinaret, spontaneo  
 Ipsum laqueo strangulatum, per Ser-  
 uos vulgavit. cadauer ex Gallia Me- *Zof. l.*  
 diolanum translatum, Theodosij iussu, *4.*  
 ab Ambrosio curatum. illud admira- *Ambr.*  
 tione omninò dignum, Arbogastem *ep. 15.*  
 non sibi, sed Clienti Imperium paraf-  
 se. Is fuit Eugenius nulla alia re cla-  
 rior, quam arte Rhetorica, quæ Illum  
 Aulæ commendauit. Eugenius igitur  
 Augustus à militibus appellatus, Lega-  
 tos de Pace ad Theodosium mittit:  
 Gentilibus Sacra, eorumque sumptus  
 restituit. qua Illum de re Ambrosius  
 Regum Censor, diuino intentato iu-  
 dicio, interpellare non est veritus. sed  
 & Theodosius, qua tum potuit ratio- *L. 21.*  
 ne Tyranno profanum cultum resti- *de Ha-*  
 tuenti obsticit, noua hac de re, post *ret. C.*  
 tot alias, edicta Sanctione. *Th.*

*Valēti-  
niani  
cades.*

*Euge-  
nius  
Imp.*

*Am-  
brosij  
diber-  
tas.*

*Post*



L. 21. Post hac Author de Hieronymi, at-  
 de Ha que Augustini Lucubrationibus, tum Hiero-  
 ret. quo quaque tempore, quoue ordine nymi,  
 C. Th. scripta, atque edita ab ijs fuerint disse- & Au-  
 rit, de ipsius quoque Hieronymi, at- gustini  
 que Epiphaniij cum Ioanne Episcopo opera.  
 Hierosolymitano contentione multa;  
 ubi &, data occasione, de cultu sa-  
 crarum Imaginum plura subnectit;  
 qua paucis referri vix possunt.

Chri. Theodosius, qui aliquot ante an. Hono-  
 Ann. nos Arcadium Filium natu maiorem rius  
 393. Augustum dixerat, tertio demum, Aug.  
 Ruff. l. Consulatu Honorium quoque Augu. Theod  
 2. c. 32 sti nomine decoravit; tum verò ad- in Eu-  
 Sox l. uersus Eugenium exercitum instruit. geniū  
 7. c. 20 implorato interim pijs vna cum Po- bellū  
 Theod pulo supplicationibus, ac ieiunijs di- parat.  
 l. 5. c. uino auxilio; tum Ioannem sanctissi-  
 24. simum Anachoretam, cuius virtutem  
 Euagr superiore, aduersum Maximum, bello  
 vit. ss. expertus fuerat, de futuro belli euen-  
 Patr. tu consulit, misso ad Eum Eutropio,  
 c. I. qui postea sub Arcadio rexit Impe-  
 rium. Ioannes porrò non de futuro  
 tantum belli exitu, sed de proxima  
 etiam Theodosij, post victoriam, mor-  
 te vaticinatus traditur.

At Eugenius, qui, quantumuis Chri-  
 stianus, propensior tamen in Genti-  
 les videbatur, eorum votis, profanis-  
 que Sacris, atque inanibus vaticina-  
 tionibus, certam, & Ipse, sibi victo-  
 riam spondit.



*Theo-* Cæterum Theodosius, qui ad supe-  
*dosij* rioris belli sumptus nouum tributum  
*mode-* indixerat, ex quo foeda, quam dixi-  
*ratio.* mus, Antiochensium seditio excitata  
*Tribu-* fuerat, hoc tempore, quod maximam  
*rum in* Ei gloriam conciliauit, non à nouo  
*ipso bel* tantum onere imponendo abstinuit, L. 23.  
*li appa* sed nuper impositū à Tatiano Præto- *de An*  
*rature* rij Præfecto remisit. insuper bona, non *de*  
*mittit.* Proscriptorum, quæ in Fiscum collata, *trib.*  
*Bona* aut alijs donata fuerant, ipsis, si su- L. 12.  
*proscri* peressent, Proscriptis, ijs verò capi- *de* 13.  
*ptorū* tale supplicium passis, Eorum Filijs, *de bon.*  
*resti-* aut Propinquis, iterato Rescripto, re- *proscr.*  
*suit.* stitui iussit. C. Th.

*Moni-* Christianos hîc Principes monen-  
*tio ad* dos putamus, vt, tanti Imperatoris  
*Princi* exemplo, dum bellicos instituunt ap-  
*pes.* paratus, pijs ad Deum precibus, &  
 munificis in pauperes largitionibus po-  
 tius, quam eorum luctu, & acerbio-  
 ribus exactionibus, victoriam sibi de  
 hostibus parare studeant.

*Theo-* Sed non hîc stetit optimi Principis L. 3. *de*  
*dosij re* iustitia, ac moderatio. nam & militum *Salgã.*  
*scriptū* licentiam, ne Hospitibus iniuriosi es- L. 18.  
*mirū.* sent, optimis legibus frænauit, illud 19. *de*  
 verò prudentissimè hoc ipso tempore 20. *de*  
 præter aliorum Principum morem, *erog.*  
 non sine omnium admiratione sancit- *milit.*  
 uit, qui suum Principem in militari *anon.*  
 sago imaximè philosophantem suspi- L. 4. *de*  
 cerent. libet hîc Rescripti verba re- *metat.*  
 censere.



L. I. si quis (inquit) modestia nescius,  
quis & pudoris ignarus, improbo, petulan-  
maled tique maledicto nomina nostra credi-  
Imp. derit laceffenda, ac temulentia iur-  
C. Th. bulentus obtrectator temporum fuerit,  
eum poena nolumus subiugari, neque  
durum aliquid, nec asperum sustinere;  
quoniam si id ex leuitate processerit,  
contemnendum est, si ex insania mise-  
ratione dignissimum, si ab iniuria, re-  
mittendum. unde integris omnibus  
ad nostram scientiam referatur; ut ex  
personis hominum dicta pensemus, &  
utrum pratermitti, an exquiri debeat  
tenseamus. dat. V. Id. Aug. Constan-  
tinop. Theod. Aug. tertium, & Abun-  
dantio V. C. Coss.

In hunc planè modū Magnus Theo-  
dosius, & Christianæ mansuetudini,  
& Imperatoriæ Maiestati consulebat:  
tantum enim abest, ut hac ratione se-  
ueritatis solueret disciplinam, ut eam  
potius arctius constringeret. sanè quis  
putet ista ex Præcone audientem, aut  
in albo Prætoris legentem, non statim  
maiore in Principem charitate affe-  
ctum, aut certè grauiore metu per-  
cussum iri, quod sciret quæcumque  
in Principem obloquutus esset, ad  
eius aures peruentura. hac itaque San-  
ctione ita sibi omnium animos conci-  
liauit, ut tamen eorum, qui odium  
imbibissent, arctiore fræno audaciam  
coeruerit. laudatur hoc nomine



Theodosius à Themistio, magni nominis tum Philosopho, qui ab usque Constantij temporibus maximè floruit, & Deo simillimus hac clementiæ laude appellatur.

*Alipi- us.* Hoc eodem anno Alipius, Augusti-  
*Hiero.* ni, in vitæ instituto, Collega, Hieroso-  
*cū Au-* lymam profectus, Hieronymum inui-  
*gusti-* sit, cui, cum multa de Augustini do-  
*no ami* grina, ac moribus indicasset, mutuam  
*conci-* gressus indè in Africam, Thagastensis,  
*liat.* hoc est patriæ Urbis, quæ Illi cum  
 Augustino communis fuit, Episcopus  
 consecratur.

Sub idem tempus Hieronymus li-  
 bellum de vita Clericorum, Ipsius ro-  
 gatu, ad Nepotianum scripsit, qui, mi-  
 litia apud Theodosium clarus, inter  
 Clericos cooptari voluerat. eo in-  
 opere Hieronymus Nepotianum ad-  
 monet, pullas ut vestes æquè, ac al-  
 bas deuter. ex quo nos quoque ad-  
 monemur Clericorum indumentum  
 olim atrii, ut nunc est, coloris, nequa-  
 quam fuisse; colorem autem illum  
 Monachorum fuisse peculiarem, pau-  
 latim verò in Clerum inuectum, cum  
 Monachi postea magno numero, in  
 Clericos, atque Episcopos transfirent.  
 porrò Clericorum proprium colorem  
 violaceum tum fuisse, conijcere ex  
 eo posse videmur, quòd maneat ad-  
 huc penes Episcopos, ac Summi Pon-  
 tificis

*Cleri-  
 eorum  
 olim in  
 dumè-  
 ti co-  
 lor.  
 Item  
 Mona-  
 chorū.*

*Hier.  
 ep. 3.*

*Hier.  
 ep. 22.*



Suet.  
in Aug.  
gust.

tificis familiares, tum penes Clericorum Collegia, quæ Seminarij nomine appellantur. Porrò ex Suetonio constat, Romanos pullatos ab Augusto reprehensos, & non nisi albatos in Theatro sedere iustos. Scimus quoque hoc ipso tempore Nouatianos albas vestes deferre, seque puros, ac mundos appellare consueuisse.

Nouatiani  
albat

Chri.  
Ann.

394.

Soz. l.

7 c. 20

Theod

l. 5. c.

Zosim

l. 4.

Ruff l.

2. c. 33

Oros. l.

7. c. 35

Nouus annus Augustis Fratribus Arcadio tertium, Honorio secundum Coss. aperitur, quo, imminente prælio, non de totius tantum Romani Imperij, sed etiam de Religionis summa agi videbatur. Eugenius itaque, ut primum Theodosium cum exercitu Constantinopoli digressum comperit, Iulias Alpes præsidio muniendas duxit. præcipui eius Duces Arbogastes, & Flavianus, qui Præfectum Prætorio agebat; Hic, Deorum cultui addictissimus, Iouis fulminei, atque Herculis Signa exercitum voluit antecedere, proque Alpium munimento stare, minatus Mediolani Clericis, Ambrosius namque in Thusciam recesserat, stabulum se ex Urbis Basilica effecturum, ipsosque Clericos sub armis probaturum.

Theo-  
dosij  
victo-  
ria.

Hostibus igitur Theodosius obuiam factus, auxiliares tantum Barbarorum copias in eos immisit, quæ obsistentiū vi, multis desideratis, terga vertere coguntur; verū instaurato mox omni-





bus cum copijs prælio, fufis antea ad Deum precibus, Victoria pro Theodosio stetit, adducto ad Bum, reuinctis post terga manibus, Ipso Tyranno. scribit Theodoretus ante pugnam non Theodosio tantum, sed militi etiam cuidam per quietem visos Ioannem, ac Philippum Apostolos, Duces se exercitus, & Victoriæ Sponsors præbuisse. rem testatam magis reddit numisma aureum ab Authore visum, & hoc loco expressum, quod Theodosij imaginem, volumen (haud dubiè sacrum Euangelium) dextra tenentem, sinistra hastatam Crucem gestantem ostēdit, aduersa porò ex parte Diuos, quos diximus, Apostolos, volumen, ac Crucem, & ipsos, præferentes sacerdotali indumento, ac tonsura in coronæ formam, qua hoc etiam tempore apud nos visuntur Coenobitæ. diuino autem auxilio partam Victoriā argumēto est, prælio statim inito vehementiorem turbinem, atque iusperatā procellam Hostium tela in ipsos retorsisse: quod non Christiani tantū Scriptores, sine mi sed Claudianus etiam Ethnicus Poeta *raculo.* elegantissimè his versibus cecinit.

*Te propter gelidis Aquilo de monte* Claud  
*procellis.* in ter-

*Obruit aduersas acies, reuolutaque* tio Ho-  
*tela.* norij

*Vertit in Authores, & turbine rep-* Consu-  
*pulit hastas.* latis.

O ni-



O nimum dilecte Deo, cui fundit  
ab antris.

Æolus armatas hyemes, cui militat  
æther,

Et coniurati veniunt ad classica  
Venti.

Ambr.  
in fun.  
Theod

Illud quoque, ab alijs prætermis-  
sum, ab Ambrosio proditur. cum sup-  
pites, atque ordines turbatos princi-  
pio Augustus cerneret, equo desiliens,  
effœtis licet viribus, Fide validissimus,  
ubi est, inquit, Theodosij Deus? quo vi-  
so, auditoque milites mirè excitati, Arbo-  
gastes  
nouis veluti resumptis viribus, ad cer-  
tam Victoriã proruperunt. Arboga-  
stes, tanti motus Author, biduo post  
prælium, cum nusquam se tutum intel-  
ligeret, suo se ense confecit. Flavianus  
verò Arbogaste adhuc nocentior, in  
quem Theodosij merita haud vulgaria  
extabant, Principis inuictæ clementiæ  
fidens, spe, licet impudenti, frustratus  
non est. perduelles reliqui, eorumue  
Filij, Victoris iram metuentes, Eius ta-  
men Religionis conscij, ad Templum  
confugientes, non modò incolumes  
seruati sunt, sed Principis clementiam,  
ac pietatem admirati, beneficijs insu-  
per aucti, christiana Sacra, qui Gentiles  
anteà fuerant, susceperunt. cæterum  
veniam His, qui ad Ecclesias confugis-  
sent, Ambrosium impetrasse, Paulinus  
tradit: quod sanè Theodosij pietatis  
laudem, non tam minuit, quã illustrius



*Theo-* commendat, cū præsertim constet, ob-  
*dosius* uiam Ambrosio Aquileiæ factum, Eius  
*Ambr.* pedibus aduolutum, Illius se precibus,  
*pedi-* meritisque acceptam Victoriam re-  
*bus ad* ferre, testatum. illud auditu iucundum,  
*nolui-* cum equites præcursores ad distur-  
*zur.* bandam Iouis Fulminei statuam, fo-  
*Mili-* lemni ritu in Alpibus, præsidio, ut di-  
*zū io-* ximus, collocatam, misisset, aurea, quæ  
*cus de* cum ea Tyrannus fulmina dedicaue-  
*Iouis* rat, eis donauit, iocantibus militibus  
*fulmi-* cæteris, cupere huiusmodi in se quo-  
*nibus.* que fulmina intorqueri.

Aquileiæ post hæc aliquandiū mo-  
*Theo-* ratus Theodosius, Mediolanum acces-  
*dosij* sit, ubi consueto pietatis instinctu, bel-  
*pietas.* lo quamuis iusto confecto, quòd ta-  
 men in eo cædes patratae fuissent, à Sa-  
 crorum participatione tam diū absti-  
 nuit, dum accersiti ex Oriente Filij ad-  
 fuere. extat Canon poenitentialis apud  
 Latinos, ut, qui bello cædem fecisset,  
 quadraginta diebus à Sacris abstineret.  
 apud Græcos verò Basilij Canon cæ-  
 de pollutis, toto triennio Sacris inter-  
 dicit. Moysis quoque lege huiusmodi  
 homines lustratione indigebant; quod  
 & apud Ethnicos vsu receptum con-  
 stat; ita enim apud Virgilium Æneas.

*Me bello è tanto digressum, & cæde*  
*recenti,*

*Attrectare nefas, donec me flumine*  
*vino*

*Abluera.*

At

*Ambr  
in fun.  
Theod*

*Basil.  
ad Am  
philoc.*

*c. 23.*

*Num.*

*c. 31.*

*Aen.*

*l. 2.*



Plin. At Plinius suffitu lauri lustrationem  
l. 15. peragi testatur.

c. ult. Per idem tempus coacta Synodus  
Pal. Byzantij ob dedicationem Basilicæ  
lad. in Principibus Apostolorum, à Ruffino  
Lauf. Præfecto Prætorio Regio sumptu ex-  
Soz. l. citatæ, ad quam præcipui Orientis  
8. c. 17 Antistites conuenere; qui & Agapij,  
ac Gebatij causam discutere; vter-  
que etenim Bostrensem Episcopatum  
sibi vendicare magnoperè studebat.  
eiusdem celebritatis occasione Ruf-  
finus sacro Baptismate initiari voluit,  
apud quem, Theodosio præsertim ab-  
sente, totius Orientis potestas fuit.  
felix si intra eos terminos continere  
se potuisset.

Conci-  
liū By-  
zantiij

Aug. Eodem ferè tempore Adrumenti  
in Cre- in Africa Synodus alia celebratur, & liū in  
soon. l. Bagai apud Numidiam Donatistarum Afri-  
3. c. 56 conciliabulum frequentissimum. de ca.  
cuius actis multa Augustinus tradit:  
post hæc Author exortam inter Augu-  
stinum, & Hieronymum contentio-  
nem ab ouo, ut dicitur, exorditus,  
fusè admodum refert.

Ambr. Quo tempore Paulinus, Vir Con- Pauli-  
ep. 16. sularis ætatis annum agens XL. diuen- nus ex  
Aug. ditis amplissimis in Aquitania latifun- Sena-  
ep. 31. dijs, pretioque in pauperes erogato, tore  
vna cum Therasia Coniuge monasti- Monas-  
cum amplexus institutum, in Nola- chus.  
num agrum, Roma admirante, secessit.  
de cuius genere, ac Natalium splen-  
dore,

X 5



dore, de qua Adolescentia, Ausonio Praeceptore, institutione, multa hic apud Authorem habes.

Per simile exemplum hoc eodem, *Pau-*  
*Seueri* tempore editum constat à duobus alijs *lin. ad*  
*ac Te-* Romanis Ciuibus præclarissimis, qui *Seuer.*  
*radij* in Gallijs tum agebant. Hi fuere Se- *ep. 1.*  
*conuer* uerus Sulpicius, ac Tetradius; vterque *Greg.*  
*sio.* ex D. Martini Turonensis Episcopi *Tur.*  
 disciplina. *hist.*

Florebant hoc eodem tempore in *franc.*  
 Gallijs Episcopi sanctissimi, quos, ex *l. 2. 6.*  
 Paulini epistola, quæ desideratur, Gre- *13.*  
 gorius Turonensis enumerat. laudan- *Soz. l.*  
 tur, & alij à Sozomeno, quos apud *7. c. 25*  
 eum require. *Chri.*

Duo *Ann.*  
*fratres* Nouus annus nobile par Fratrum *395.*  
*Consta-* Consules exhibet Olibrium, ac Pro- *Paneg*  
*les.* binum Probo V. C., de quo sæpius *in Oli-*  
 meminimus, genitos, quorum fasces *br. &*  
 elegantissimè, ex more, Claudianus *Prob.*  
 celebrat. *de Gentis nobilitate multa*  
*hic Author ex Sanctis Patribus, ac* *Conf.*  
*veteribus monumentis congerit, quem* *Zosim.*  
*tu consule.* *l. 4.*

Theo- *Aur.*  
*dosij* Haud multum processerat annus, *Vict. in*  
*obitus.* cum, post Idus Ianuarias, Theodosius *Theod.*  
 Mediolani moritur, XVI. Principatus *Oros. l.*  
 anno expleto, ætatis L. Morti proxi- *7. c. 36*  
 mus Christianam in primis Religio- *Mar-*  
*Gesta* nem, vocato ad se Senatu, Christianis *cell. &*  
*ante* quidem Senatoribus commendauit, *Prosp.*  
*obitu.* Ethnicos autem ad eam amplecten- *Chron.*  
 dam hortatus est; quod cum alijs Zo-  
 fimus

Amb  
in fu  
Theo



*Ambr.* *in fun.* *Theod*  
simus Ethnicus Author testatur . tùm  
Filios Ambrosij , ac Stiliconis sub tu-  
tela reliquit; Huic Serenam Fratris Fi-  
liam in matrimonium collocauerat .  
Cadauer pollinctum , temporario con-  
ditum tumulo , tum Constantinopo-  
lim translatum , quò iam Arcadius præ-  
cesserat , paternæ mortis nuncium , ne  
quid turbarum interim oriretur , pri-  
mus ipse allaturus .

Tanti Principis elogia non ex Am-  
brofio modo , Paulino , alijsque Chri-  
stianis Scriptoribus peti possunt , ve-  
rùm etiam ex Ethnicis , Victore præ-  
fertim , ac Themistio . vnus Zosimus  
iuratus Christianæ Religionis hostis ,  
contra omnium sententiam , quasi bel-  
lo tantum strenuum , pace impa-  
rem , & in otio solutum ,  
mendacissimè Eum  
carpere non est  
veritus .

*Libri IV. finis .*